TRACTATUS DE SERUIS VEL FAMULIS, ET HOMINIBUS TAM LIBERIS QUAM...

Ippolito Bonacossa, Johann Friedrich Husanus, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 A
6

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

NAZIONALE
13
VIT

Digitized by Google

TRACTATVS

DE SERVIS VEL FAMVLIS, ET HOMINIBVS TAM LIBERIS QVAM PROPRIIS, DVORVM

Clariſſimorum Iuriſconſul-torum,

Ex Legato Ill.mi Coccini

HIPPOLYTI BONACOSSAE, ET FRIDERICI HVSANI.

Adiecta ſunt Summaria, & Index copioſus.

BIBL. SEC. COL. ROM. SOC. IESV



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM KINCHIVM, ſub Monocerote.
ANNO M. DC. XX.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

GREGORIO XIII.
PONTIFICI MAXIMO

HIPPOLYTVS BONACOSSA
Iur.Vtr.Doct.Ferrarienſis.

MVSONIVS *Græcus ea ætate Philoſophus non ignobilis(ſummi Dei Vicarie optime) teſte Gellio, lib.16.cap.1.dicere ſolebat: Cogitate,ſi quid vos per laborem, vel ſtudium rectè feceritis, labor ille citò à vobis recedet, benefactum autem,dum viuetis,nũquam recedat,(Morum,quos fecit,præmia Doctor habet.) Sed ſi quid per voluntatem nequiter feceritis,voluptas illa citò abibit,nequiter factum ſemper durabit.Cùm igitur ex diuina villicatione ſacratiſſimæ iuris prudentiæ fructus aliquos pro communi vtilitate in medium edere vellem:Tui ipſius altam imaginem primùm videre contigit,qua nihil dignius,nihil præclarius mihi accidere poterat,vt ampliſſimo eius conſpectu,veluti radianti ſydere meum illuſtraretur iudicium , hoc eſt, tractatum hunc meum,quem de* SERVIS VEL FAMVLIS *inſcripſi,ſub eius præcipuè patrocinio, & benigna correctione tutiorem & honeſtiorem in lucem mitterem.Non ignarus ideò,vel diſſimulans poſtea,quantum dignitati tuæ & humanitati debeam,pro eius incredibili prudentia,& pietate in ſeruos omnes,quos ſingulari vrbanitate,amicabiliter, & familiariter(velut alter Lucillus)ſemper eſt proſequu-*

*ſequuta, Sanctæq́ ſedis Apoſtolicæ in ſeruos munifi-
centia. In quorum numero habuit Iacobum Bona-
coſſam Pauli III. Pontificis Maximi Protomedicū,
& Iulij III. eius ſucceſſoris medicum primarium.
Patris certè mei ex vtroque parente fratrem ſponte
ſua cooptauit. Et apud eam ſuffragata fuerit au-
ctoritas apud magnos. Quòd cùm tenues facultates
meas ære tam grandi non ſufficere cernerem: ſatis
mihi perſuaſum eſſe volui, ſi potiorem & præſtan-
tiorem in me partem cum ipſo tractatu B. Veſtræ
offerrem. Vt ſic cum Hieronymo libro Regum benè
agerem, Satis eſſe (inquit) ſi vnusquiſque offerat,
quod poteſt: vt vetula denarium: nempè meam in-
uiolabilem fidem atque deuotionem; non oblitus,
quando ea literarum dignitas, & quaſi prærogatiua
ſemper fuit: vt dicari lucubrationes ſibi Principes,
& honeſtum, & glorioſum putarent. Nicolaus certè
Pontifex V. cùm ei renuntiatum eſſet, quoſdam eſſe
Romæ, qui bonos verſus facerent: negauit bonos eſ-
ſe. Cur enim, inquit, ad me non veniunt, qui Poetis,
etiam malis pateo? Moleſtè tulit homo ſapiens in
vrbe ſua eſſe, qui literas ſcirent, & neſcirētur. Extat
apud Politianum hiſtoria. Quod cùm ita ſit (Religio-
ſiſſime ſupremiq́ ordinis Antiſtes, & Pater ſanctiſ-
ſime) præſtanti illa tui vultus hilaritate, atque exi-
mia quadam, qua tu inſigniter excellis, humanitate,
comiter, benigneq́ excipias tractatum ipſum de
SERVIS VEL FAMVLIS. Excipies, inquam, tu,
qui Seruus ſeruorum Dei diceris, (qualem, qualem
exiſtere contingat) quem tibi reuerenter porrigo,
hoc anno IVBILEI, cuius eſt ſignificatio remiſſionis,*

Digitized by Google

& liberationis tunc temporis, quo Iudæi omnes liberabant ſeruos, & eis omnia remittebant debita. In quorum memoriam ſacroſancta Eccleſia Catholica & Orthodoxa ſtatuit, quòd omni vigeſimoquinto anno ſummus Pontifex liberaret eius ſeruos à peccatis, concedens plenariam indulgentiam omnibus illis, qui confeſſi & contriti viſitarent Romanas Eccleſias. In Domino perpetuò viue, & vale ſupreme Antiſtes optime, diu bonis ſtudijs pietatiqúe ſuperſtes & incolumis.

B. T.

Obſequentiſſimus Hyppolytus Bonacoſſa, Iur. Vtr. D. Ferrarien.

Digitized by Google

TRACTATVS

DE SERVIS VEL FAMVLIS

D. HIPPOLYTI BONAcoſſæ Nobilis Ferrarienſis, I. C. Clariſſimi D.

Proœmium de Seruorum conditione, & vulgata nequitia: Et, quomodo eos tractari à dominis oporteat.

DE SERVIS vel Famulis verba facturus: Quid ſit Seruus, famuluſue, primò inquirã. Et Seruus (de quo noſter fit ſermo) eſt homo liber, qui propter indigentiam non eſt per ſe ſufficiens ad benè viuendum, quem oportet alij famulari, & ſeruire. *Ariſtoteles 1. Politi. de quo Ligna. in tractat. de Amicitia. §. viſo. num. 2. Sum. vir. cap. 38. in 2.* Serui itaq; multis modis dicuntur, *ſecundùm eundem Philo.* Alij dicuntur ſerui per beneuolentiam ſolam. Vnde Tibullus: *Nullus liber erit, ſi quis amare*

mare volet. Et in hoc laudatur, qui talem ſibi acquirit amicum, ait Seneca ad Lucillum. vbi laudat in hoc Lucillum, quòd amicabiliter, & familiariter viuebat cum Seruis ſuis. Et tales debent eſſe Prælati. Hinc Papa ſe vocat Seruum ſeruorum Dei: quia vtilitatibus, & commodis ſeruorum Dei incumbit, & inſiſtit. *Soc. Senior in c. fin. num. 2. de clerico venatore.* Alij ſunt ſerui per malitiam. Alij per denominationem extrinſecam. Alij per violentiam. Alij per natiuitatem, captiuitatem, vel venditionem, vel aliam legis diſpoſitionem, *de quibus fuſiùs Ligna. ibi.* Serui autem per malitiam regulariter omnes ſunt vitioſi & fures. Et ideò dicit lex, quòd ſurriperent cineres, ſi aliud nó poſſent. *Bellapertica q. 54. Portius in §. ſingulorũ. Inſtit. de rerum diuiſio. Bauer. in repetit. l. cum filio. col. fi. in fi. ff. de leg. 1.* Allegat illud Poetæ: *Quid Domini facient, audent cùm talia fures?* vbi exponit Seruius: fures, id eſt ſerui. *gl. magna circa fi. l. Iulian. ff. de act. emp.* Quos ſeruos, ſi deputas calculatores, docent detrahere Trebellian. *gl. in l. ne diutius. C. nu. lib. 12.* Caue, *inquit Neuiza. In Sylua nuptia lib. 3. n. 17.* ab oſtio poſteriore, quia ſolet domum deſtruere. *Et alia plura de ſeruis ibi.* Et de ſeruis quoque Clericorum, quòd noctis tempore patronos trucidarunt, ibi. Docet antiquitas, quòd ſeruo illi, qui occidit Dominum ſuum Sulpitium Tribunum plebis, acerrimum hoſtem Syllæ, Sylla libertatem donauit, & eundem ſeruum, factum li-

bertum, ex ſaxo Tarpeio poſt Capitolij proiecit Sylla præcipitem, in aliorum exemplũ, qui dominos ſuos impiè audent occidere. *In l. Ferre. de militari iuſtitia. num. 40.* Et quòd ſint fures ſerui, experientia rerum magiſtra docet. Vnde tenet conſequentia: Eſt ſeruus, ergo fur. *d. l. Iulian. §. item qui ſurem.* Eſt ſeruus, ergo malus. *l. liberti. in fi. C. de libe. & eorum libe.* Eſt ſeruus, ergo nequam. Si ſeruus, ergo capifer. *gl. d. l. Iuli. Bal. Caſt. & cæteri, in l. pen. de libe. in fi. Grammati. conſ. 49. num. 8. Dominus meus Alci. in tract. præſ. reg. 3. præſ. 40.* Conſtat etiam ex Barbario, qui populum Romanum decepit, *vt in l. Barbari. ff. de off. præto.* Vnde lex infert: quòd ſi emi ſeruum, ſupponere debui, quòd vitioſus erat, vel fur. *l. ſterilis. ff. de act. emp.* Nimirum, ſi vilis perſona dicatur. Et quadrupedibus quandoque ipſum lex æquiparat, *vt no. Alba. in conſ. 56. num. 39. per tex. in l. 2 ff. ad l. Aquil.* facit illud Ariſt. *Polit. 1.* ſeruum (inquit) nihilominus habere, ſed pecudis inſtar eſſe ac rei familiaris & domeſticæ inſtrumentum. de quo ſic Menochius *de arbitrio Iudicis, caſu 49. n. 12. tit. 2.* Et licèt lex voluerit ponere ſalutem Dominorum ſub cuſtodia ſeruorum: *l. 1 ff. ad Sylla. Boſſius tit. de ijs, quibus vt indignis.* cauendũ tamen omninò eſt ab eis, vt ab igne, quia ſunt mali, & hoſtes domeſtici. Et nulla eſt capitalior peſtis, quàm familiaris inimicus, *vt ait Cic.* Et cur? aſſignat rationem fuſiſſimè Archiepiſc. Flo. *in eius ſumma, par. 2. tit. 6. c. 22. §. 1.*

Digitized by Google

vbi de proditione agit. Si ſeruus, ergo iniquus. *Pet. Rauen. in ſuo alphabet. aureo. in ver. ſeruus.* Et ſerui vt plurimum Dominos odiunt. *in tract. de po. ſe. in prin. num. 10.* Hinc Alexander 8. *lib.*

Antè feret tellus ſtellas, ſeptemq; triones
Alluet Oceanus, & ſiccum piſcis amabit:
Quàm ſerui Domino ſit verus nexus amorum.

Macrobius in Saturna. & Plato de legib. 6. Tot famuli, tot hoſtes. Quod pleniſſimè ſcribit Ethruſcus Poeta *Rerum Senilium lib. 4. epiſt. 4. & lib. 1. epiſt. 49.* vbi dicit, ſe bonum ſeruum nunquam vidiſſe. Et *in Bucolicis Egloga 6. Serue infide, fugax, Dominoq; ingrate benigno.* Et *de remedio vtriuſque fortunæ, lib. 2. Dialogo 29. & ſeq.* vbi & de ſeruis fugitiuis, & *rerum ſenilium lib. 1. epiſt. 30.* Apud me (inquit) iniquiſſimum eſt ſeruorum genus. Et prouerbium illud vetus à Seneca reprehenſum, veriloquium habet: Totidem eſſe hoſtes, quot ſeruos. Et *de remedio vtriuſque fortunæ lib. 1. Dial. 33.* Rurſus inſurgit aduerſus ſeruos: & ibi numeroſum famulatum deteſtatur: *quia ſegnius expediunt commiſſa negocia plures.* Vide Boetium *de Philoſophica conſolatione 2.* An verò (inquit) te longus ordo famulorũ facit eſſe fælicem? quòd ſi vitioſi moribus ſunt, pernicioſa domus ſarcina, & ipſi dño vehemẽter inimica. Sin verò probi, quonã modo in tuis opib. aliena probitas numerabitur? Et Petrarcha *de Ocio religioſorũ:* Scriptũ eſt (inquit) quòd qui delicatè, & à pueritia

nutrit ſeruũ, poſtea illum ſentiet concionem. Hinc Pſalmiſta: *Qui manducat meum panem, leuabit calcaneum ſuum contra me. Fuſiùs Nouell. in tract. ad defenſam. titulo. quæ perſonæ accuſare non poſſunt. num. 17.* & illud Pſalmographi: *Impinguatus & incraſſatus recalcitrauit.* Et Petrarcha ad Aeneam Senenſem:

O pudor, ô pluſquam pudor! heu hoc tempore ſurgit
In dominum ſeruus, patroni in colla cruentus
Libertus: vulgare odium, poſt verbera ſemper
Acrior ardeſcit famulus.

Hinc Iuuenalis, *de quo Tiraqu. de Pœnis temperandis cauſ. 51. num. 9. vbi plura de famulis ancillisq́ʒ.*

Maxima quæque domus ſeruis eſt plena ſuperbis.

Hinc adagium: *Credere ſeruis terq́ʒ quaterq́ʒ caue.* Camertus *prouerbiorum libro,* & Polydorus Virg *in prouerbio, totidem nobis eſſe hoſtes, quot ſeruos.* Et Stephan. Forcatulus *in Necyomantia, Dialogo 93. Ariſtot. 2. Politicorum.* quòd ab ipſis famulis, quibus plurimum indigemus, propter ancillares adminiſtrationes offendimur, vt indigeamus erga illos. *refert Pennenſis in l. 4. C. de caſt. pecul. lib. 12.* & Marſil. *in l. vnius. §. ſeruo. col. 3. ff. de quæſtio.* vbi dicit, quòd nemo vmquam ſeruorum dilexit dominum, niſi vnus, qui illum occidit, *& Neuiza. inter conſ. Bruni. conſ. 12. n. 6.* Verùm enimuerò, cùm non debeamus ſtare ſine ſeruis, & ſeruitoribus, aliàs

nos

nos ſeruitores eſſe neceſſe habemus: vt inquit Bar. *in l. 1. circa med. C. de ſerui. & aqua.* Præcipuè, cùm ſerui ſint rei familiaris tanquam animata inſtrumenta, *vt dicebat M. Craſſus, de quo Plutarch. in eius vita.* præcipuam noſtrorum curam erga ſeruos eſſe oportere proprium erit, vt ipſi ſolá beneuolentia, & amore amicabiliter, & familiariter nobiſcum viuant. *Nã non habemus ſeruos hoſtes,* ſecundùm Senecam, *ſed facimus, dum illis, non tanquam hominibus, ſed tanquam iumentis abutimur* Tot enim habemus hoſtes (*vti prouerbio apud Macrobium monemur*) quot ſeruos tyrannide nobis efficimus. Montanus *in l. nihil conſenſui. ff. de reg. iur. & in tract. de appell. lib. 1. cap. 5.* monet ex Paulo Apoſtolo: *Ne ſeruis ſimus iniqui, cùm odit quiſquis, quod metuit. Sciturі, quòd Dominum in cœlis habemus, quandoque repetiturum ex nobis, quòd in fratrem ſecùs, quàm nobis id fieri velimus.* Eccleſiaſtici habetur: *Si eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, & quaſi fratrem, ſic tracta illum.* Nempè quoad Deum, nòn eſt differentia inter ſeruos & dominos. quod malè aduertunt quidam domini, qui ſuæ naturæ immemores, ſeruos tractant, vt animalia, & eos in menſa, vel aliàs recipere dedignantur, vt inquit Io. Fab. *Inſtit. de iure perſonarum. §. ſeruitus. n. 1.* Contra quos facit illud:

Degeneres animo, cùm qui prouehuntur in altum,
Hos nouiſſe negant, quos habuêre pares.

Io. Fab. de legitima agna. tutela. §. quibus.

Fide-

Fidelitas itaq; ipſi᷒ ſerui, ſeu diſpẽſatoris oſtẽditur circa bona ſibi commiſſa in tribus: vt ſcilicet non diſsipet, non defraudet, & vt multiplicet: *quæ tria proſequitur exemplificando Archiepiſcopus Florenti. in eius ſumma. lib. 4. de virtute fidelitatis. tit. 5. c. 16. col pe. & fi. vide omnino, ſi placet*. Et famulus non debet eſſe auarus, vbi dominus eſt largus. Nam meliùs eſt de miſericordia, quàm de ſeueritate reddere rationem. *26. q. vlt. Spec. de diſpenſa. §. 2. numer. 5. & fuſiùs Archiepiſcopus Florenti. vbi ſuprà.* venerandos quoque & reuerendos famulos noſtros, præſertim ſeniores, Tiraqu. cenſet *in ſuo de iure Primogeniorum, in Præfa. num. 79.* ex Homero, qui inducit Penelopem ſic Euryclíam famulam alloquentem. vertit Tiraq. his fermè verbis: vt proindè aduerſus eam nõ iraſcatur, vti aduerſus aliam feciſſet, quæ ſibi talia feciſſet. quaſi velit dicere: Se illam ſenectæ gratiam reuereri. Nec in ſeruos noſtros inſæuire debemus. *l. 2. in fi. ff. de ijs, qui ſunt ſui.* vbi D. Adrian. Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quòd ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſimè tractaſſet. Sic mulier vidua operoſa ancillas habens, ipſas noctu ad opera ad Gallorum cantus excitans, & aſſiduè defatigans labore: occiſo domeſtico Gallo, qui noctu excitabat heram, temporius excitans damnatur. *ex Æſopi Apologo. 29.* E republica enim magis eſſe, & ſatius boni Principes exiſtimarunt, vt

vt ſerui noſtri manſuetudine quadam demulceantur, pertractenturque, quàm vt duris modis excepti, etiam inuiti opus faciant. & id parum benè. *Ita etiam admonet D. Auguſt. lib.19. de ciuitate Dei, cap.16. & iure noſtro ſtatutum eſt in l. vnica. C. de emenda. ſeruo. & Inſt. de iure perſonarum, & de ijs, qui ſunt ſui, vel alie.iur. §.in poteſt. & §.ſed mai. vbi Theoph. lib.6. tit.21.par.4. & Caius I. C. lib.1.Inſt.tit.3. Couar. in relect. par.2. §.1. nu.3.in ſi.pag. 194.* Vnde Cato: *Cùm ſeruos fueris proprios mercatus in vſus: Et famulos dicas, homines tamen eſſe memento.* Plato itaque iratus in famulum, aſſiſtente Xenocrate, Accipe(inquit) & hunc flagris affice, ego enim iraſcor. *Placa in Epito. delictorum, c.1.pag.4. circa prin.* Et Seneca; Qui in ſeruos ſuos iraſcitur, & crudelis eſt, ſatis oſtendit poteſtatem āduerſus alienos ſibi defuiſſe. *Nell. in tract. ad defenſam. fol.35.num.134.* Quod ſi plerique etiam, qui Chriſto nomen dedimus, hodie obſeruaremus, familiam noſtram, dubio procul, non perinde atque beſtiam aliquam haberemus, ſed æquitatem, & æquabilitatem ipſi exhibentes. Ita enim æquabilitate pellecti ſerui, quicquid fecerint, ex animo facient, tanquam domino, non hominibus obſequia præſtantes. *Nenza in ſylua lib. 4.* Porrò indecorũ, vẽtris, aut gulæ cauſa graues lites, & cõtrouerſias cũ pueris & miniſtris excitare, dicebat Cato Cenſorius, *vt in eius vita Plutar.* Cũ ſemel quæreretur Cato: quod in re familiari expediret? Reſpondiſſe fertur:

tur: Benè paſcere, benè veſtire, benè arare. Sed contrà fit. vnde Vagnonus de conditionibus hominum huius temporis: *Paſcit herus famulos tantũ durante labore.* vnde euenit: *Segnis & aßiduo ſibi parcit ſeruulus aſtu.* Nec debemus ſeruis noſtris imponere aliquid impoſſibile, quia ad illud nemo tenetur. *Reg. impoßibiliũ. ff. de re. iur. Bal. & Ang. in l. Titius §. ſi. ff. de excuſ. tuto. & Bar. in §. ſi tanta. n. 1. eo.* Domini, inquit, D. Paulus, quod iuſtum eſt, ſeruis veſtris præſtate, & ſcientes, quòd vos dominum habetis in cœlis, apud quem non eſt acceptio perſonarum. *refert Bal. in conſ. 328. n. 7. in 1. vol. vbi & alia.* Nec debemus erga ſeruos eſſe monoſyllabi. Solēt enim quandoque domini imperioſiores rem indignam cenſere, ſi pluribus verbis ſit vtendum ad ſeruos. Atque adeò dimidiatis interim ſemipleniſque verbis ſat habent, ſi quid actum velint, ſignificare. quòd ſi quis paulò hebetior, vel non ex nutu, vel ex duobus ad ſummum ſyllabis, quid ſibi Chremes ille ſuus velit, ſtatim intelligat: huic quæ tum ſibi obiurgationes? quæ fulmina? quæ tonitrua? Et quid non? cœlum cadere, & ruere credas, & Iouem ipſum cum omni ſtrepitu ſuo inde decidere. *hæc Agricola de Inuen. Dialec. lib. 3. c. 5. & ibi per Scholiatorem.* Debet vtique Dominus ignoſcere garrulis famulis ſuis, vt faciebat Seneca, exemplo Cæſaris Auguſti, dicens ipſe Seneca contra ſe: *Nunquid in domo mea poſſum, quod Auguſtus toto terrarum orbe? Ille patiens fuit,*

&

& hoſtibus ignoſcebat. Et ego non ignoſcam pigris, negligentibus, & garrulis famulis meis? refert Archiepiſc. *in eius ſumma. part. 4. tit. 3. c. 7. de virtute Patientiæ. §. 2. col. 2.* Nam mala electio eſt in culpa. Et domini eſt facere diligentiam de inquirendo ſeruum, cùm eum recipit. *c. innotuit. de electio. Io. Fab. Inſt. Si quadrupes paupe. fe. di.* qui debet ſeligere paucos bonos, cùm ſit meliùs habere paucos miniſtros, quàm multos malos. *c. cùm ſit ars. de ætate & qualitat. Plura Cotureus, de re militari lib. 2. cap. 24. Auguſt. de emendatione iuris, pag. 337. Alber. lib. 2. cap. 63.* & famula famulæ ancilla. *Cicero. 5. Tuſcul.* Sin autem virtus ſubiecta ſub varios incertoſque caſus, famula fortunæ eſt. Seruitium autem primi inuenêre Lacedęmonij, qui Elotas, ſiue Elotia ſua appellant Mancipia. Cretenſes Perucos; quorum meminit Ariſt. in Politicis. Galli Ambactos ſeruos gallicè nominant. eorum, vt quiſque eſt genere, copijsque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe Ambactos, cliẽteſque habent. *Teſtatur Boroaldus in Commento in Apuleium 4.* de famulis quoque loquitur *Tiraq. de legibus connubia. in 6. l. in gl. 1. par. 6. n. 4.* vbi etiam refert illud Aeſopi, qui dicebat, famulos tunc maximè priores dominos deſiderare, cùm ſecundi cœperint experientiam. *Et habes etiam in vita ipſius Aeſopi.* Serui etenim debent ſeruire hilariter, quia hilarem ſeruitorem diligit Deus. *arg. 15. q. 1. Non eſt. & 23. q. 6. §. ex his. gl. ver. alacriter. in prag. tit. quomodo diuinum*

ui (inquit Apoſtolus ad Epheſ.6. obedite dominis cum timore, & tremore, & in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, & vt filij parentes. Sic Naaman à famulis pater vocabatur. Cùm ſcriptum ſit, quòd qui inuitus ſeruit, etiam rem & meritum perdit, *vt dicit gl. ver. Iam non facit. c. qui ex timore. de re. iur.* Nam ſatis inutile eſt, vt coacta ſeruitia domino præſtentur. *c. illud autem. 20. q. 1.* cùm nihil infelicius agitur, quàm quod inuita Minerua. Quoniam ſi rectè penſitauerimus, vbique in mundo eſt ſeruitus: *vt dicebat Codrus, de quo Neuiza. in ſylua lib. 4. num. 18.* quod ex multis oſtendit Bleſenſis, *in quadam eius epiſtola, de qua in viri. cap. 42. tomo 2.* quæ eſt legenda omninò & relegẽda, quia ibi eſt videre, quantopere hominis ſtatus ſeruitutis in deterius exiſtat, *quod & ex Couar. deprehendere fas eſt, relect. part. 2. §. 11. vbi de ſeruitute agit naturali.* Nam & Imperator ipſe quoque ſeruus eſt. *l. quas gratias. C. de offic. præfect. prætor. Africæ, in ver. per nos ſeruos.* Nunquã tamen debet ſe facere ſeruus maiorem domino, *Matth. cap. 10.* Et de ſeruis Germanorum fecit Tractatum Zaſ. *vt ipſe dicit in conſil. 19. nu. 10. in 2. par. pag. 351.* Cùm igitur vndique ſit ſeruitus, & omnes ſimus ſerui: attendamus ſacere, quod cecinit Martialis his carminibus:

Viue memor mortis, paſcendis vermibus eſca:
Vana fuge, & ſoli quære placere Deo.

Quæ-

Quæſtio Prima.

1 *Malus ſeuuus quis dicatur.*
2 *Serui famulorum appellatione continentur.*
3 *Famuli qui dicantur.*

HIs ſic præfatis, venio ad Quæſtiones. Et primò quæro, quis dicatur malus ſeruus? Nam cognito vno de contrarijs, cognoſcitur & alterum. *Inſtit. de ijs, qui ſunt ſui vel alien. iur. in prin. vbi & gloſſ. & Doct.* Reſpon. quòd ille dicitur malus ſeruus, qui † 1
ſua fidei commiſſaria conditione diſſimulat. *l. Licinius. ff. qui & à quib. & l. cùm autem. §. excipitur. ff. de ædil. edict.* & malus dicitur ſeruus, qui eſt inobediens. *§. 1. in Authent. defenſ. ciuit. Vide Gilbertum Cognatum, in ſuo, de officio famulorum. & Deci in l. ei quoque. ff ex quibus cau. maior. Tiraquell. de iure primoge.* Quæro modò vnde dicatur ſeruus? *vide in §. ſerui. Inſtit. de iure perſo. vbi & ſcribentes. Ioan. Hugo. in tract. De officio quatuor Prælatorum. §. ſed cum vno. Alberi. in Dictionario. Spiegellius in Lexico. & Pardulphus Prateius in ſuo Lexico.* In propoſito autem noſtro dicitur ſeruus à ſeruiendo. *l. deteſtatio. §. ſeruorum. vbi etiam Dominus meus Alcia. ff. de verb. ſigni. & ita tenent Grammatici.* Et ſerui appellatio etiam ad Ancillam refertur. *d. l. deteſtatio. §. ſerui. vbi & D. in. Alcia. & Alber. in dictione, ſerui. & Prateius. d. verſ. Deci. conſil. 470. num. 2. in 4.* Et appellatione † famulorum continẽ- 2
tur ſerui. *Abb. in. c. famulis. 2. not. per illum text. de ſeruis non ordinan. & in l. Iubemus. vbi nota.*

Bart. C. de Præpoſ. lib. 12. Alberi. in Dic Et appellatione ſeruæ famula continetur. *Ang. in Authent. de nuptijs. §. ſi verò per illum tex.* Differentia tamen eſt inter ſeruos & famulos. Nam ſi in dominio ſeruos habemus, ſerui ſunt, non famuli. *D. m. Alcia. in l. meorum. ff. de verb. ſign.* Caſtellioneus *in addi. ad Alberi. d. vèr. ſerui.* Serui (inquit) ſtricto modo dicuntur carentes libertate. Largo modo, etiam ſeruientes pro mercede, qui famuli propriè dicuntur, *vt inquit Panor. in rub. de Iudæis.* Et famuli dicuntur, qui quotidie famulantur. *l. 1. C. de ijs, qui in eccl. manu. Paris de Puteo. in tract. Syndica. §. An ex eo, quòd fuerint familiares. pag. 110. Tomo 14.* Nunc autem dici poſſunt conductitij ſeruitores, id eſt, qui precio ſeruiunt, *vt inquit Abb. in c. nullus. num. 6. de iudic. vbi & apoſtillan. de famulo, artificibus, ac operarijs etiam vide per Bald. in l. aduerſus, & l. ſeq. C. loca.* Et ille propriè dicitur fa-
2 mulus, † qui viuit expenſis alicuius. *in c. ſi. de verbo. ſig. in 6. l. ſi Chorus. ff. de legat. 3. l. 2. §. familiæ. ff. de vi bono. rap. d. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſig. Guido. Papæ ſing. 321.* Et appellatione familiæ continentur famuli. *l. 1. §. familia. ff. de vi & vi armata. Innocent. in c. ſi verò, de ſententia excommunicat.* Quinam verò propriè ſint familiares? tradit inter alios Bardus *in tractat. de tempore vtili, vel continuo. c. 16.* & Areti. *inter conſi. crimi. conſi. 74. & alij, de quibus infrà.* Familiares itaque dicuntur omnes habitantes in domo. *Summa Angeli. in verſ. familiaris.* Famuli
eri-

origo (vt ſcias) ab Oſcis dependet, apud quos ſeruus, famel nominabatur. Vnde & familia vocata, & vnde famulor famularis, quod eſt ſeruio tanquam ſeruus. Eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, *vt inquit Cicero 2. de republica,* quum ij ſunt alterius, qui ſui eſſe poſſunt. Sed certè, *nec ſit alterius, qui poteſt eſſe ſuus.* Vetuſtiſſimus eſt huius vocis ſignificatus. Subiectus eſto, qui liber eſſe neſciuiſti. *Bal. in l. 1. C. de ingratis liber.* Nam in libertate ſola conſiſtit decus & ſplendor. *l. Edicimus. C. de Murileguijs. lib. 11. Libertas cunctis anteferenda bonis*, inquit Coraſius. *Non benè pro toto libertas venditur auro.* Antiqui enim famulum ſeruum dicebãt, vnde famulari verbum, à quo familia. *D. m. Alciat. d. §. familiæ. Egendorphi in l. ſi familia. ſuper verbo, familia. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Martial.

Argolico famulum non te ſeruire Tyranno
Vidiſſent gentes, ſæuaq; regna pati.

Plin. *lib. 2. de familiari adminiſtratione,* vbi de eligendis ſeruis, eorum officio, & patronorum officio, & alia ad rem latiſſimè. *vide l. fin. C. per quas perſo. no. acqui.* vbi ſeruus non debet ſua libidine ſpernere domini iuſſionem.

Quæſtio II.

1 Seruus gratus, idoneus, benemeritus.
2 Famula bona quæ dicatur.
3 Nouitij ſeruitores qui.

1 QVIſnam dicitur gratus & idoneus † ſeruitor? Reſpond. qui honeſtis moribus, & virtuoſus exiſtit. *c. venerabilis. de præben.* Cato Philoſophus Stoicus, cùm ab eo aliquando eſſet quæſitum: An beneficium ſeruus domino dare poſſit? Reſpondit: Quædam ſunt beneficia, quædam verò officia, & quædam miniſteria. Beneficium eſt, quod alienus dat: alienus autem eſt, qui potuit ſine reprehẽſione ceſſare. Officium eſt filij, vxoriſque ac cæterarum perſonarum, quas neceſſitudo ſuſcitat, & opem ferre iubet. Miniſterium eſt ſerui, quem conditio ſua eo loco poſuit, vt nihil eorum, quæ præſtat, imputet ſuperiori. *In hiſtoria Mundi, in 5. ætate, fol. 85.* Largo autem modo dicitur ſeruus benemeritus, qui non demeruit. *Redoanus in tract. de reb. eccleſ. non alie. in Rubric. de alien. rerum eccleſ. ſeſe moue, in 12. fol. 74.* Et benemeriti ſunt ſerui, qui aliquod inſigne ſeruitium fecerunt, *gloſſ. in c. ſi quos, de ſeruis, 12. q. 2.* vel qui gratum impendũt famulatum. *c. graue. de præbend. Chaſſana. in conſil. 7. num. 13. Alexand. in conſil. 55. in 2. colum. in 1.*
2 *volum.* Quænam autem bona famula dicatur? Reſpon. bonam † famulam oportere tribus dotibus eſſe præditam: Vt ſit fidelis, vt ſit deformis, vt ſit ferox, quam vulgò malam vocant. Quinam verò dicantur nouitij ſeruitores? ponit Angel. *in l. ſi negotia, num. 3. ff. de ne-*
3 *goc. geſt.* vti ſunt ij, qui † nondum anno ſeruierunt.

Quæ-

Quæſtio III.

1 *Fructus beneficiorum poſſunt obligari à ſeruitoribus Papæ.*

AN ſeruitores Papæ poſſunt obligare fructus ſuorum beneficiorum, quos percipiunt, licèt abſentes, pro ſuis vrgẽtibus neceſſitatibus? Reſpond. quòd poſſunt. *Nouell. ad regu. Duen. reg. 126. numer. 4. in 4. fallen.* 1

Quæſtio IV.

1 *Familiares Prælatorum qui dicantur, num. 3.*

2 *Commenſales Papæ.*

4 *Cardinalis dicto quando non ſtetur.*

5 *Famuli familiarium an pro familiaribus habeantur.*

6 *Familiares an probent.*

AN famuli familiareſue † Papę & Cardinalium non habitantes domum dominorum, ſed quotidianam recipientes portionem, verè dicantur famuli, & familiares? Reſpond. Baldus *in tractat de tempore vtili, vel continuo, cap. 17.* quòd ſic. vide tamen poſtea. Et ſubdit, quòd quis non ſolùm commẽſalitate efficitur famulus, ſed animo. An autẽ exceptio de non diſpenſandis beneficijs familiarium continuorum commenſalium † Papę, per eum poſita in indulto Cardinalium, comprehendat etiam ſuos familiares continuos commenſales ex priuilegio? Vide Bombi. *cõſil. 27. per totum.* vbi ponit etiam, qui ſint familiares ex priuilegio, & alia. Familiares itaq; † 2 3

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Prælatorũ oẽs illi dicuntur, qui ſunt propoſiti ad famulãdũ eis, vel in Coquina, vel Camera, aut Cubiculari j, vel ſtabulari j. *Inter conſ. crim. conſ. 74.* Et probatur, quòd quis ſit familiaris, eo ipſo, quòd eſt aggregatus & aſſociatus cum familiaribus, & ſeruit dictis Prælatis, ſiue præſtat opera ſeruilia, ipſis ſcientibus. *Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica. Bombi. conſ. 27. Gome. in regu. Cancellariæ in Procemio, quæſt. vlt. litera* f. vbi dicit, quòd Paulus III. Pontifex glorioſæ memoriæ regulam conſtituit ſuper hoc: vt ſcilicet verè familiares ſint, & non per fictionem. Et idem Gome. *etiam in regula Cancellariæ. De impetrat. benefic. per obi. Card. q. 13.* vbi dicit, quòd familiares Cardinalis i j dicuntur, qui ab ipſo Cardinale pro familiaribus habẽtur, & hoc totum conſiſtit in facultate ipſorũ dominorum Cardinalium. *Vide Menochium de arbitrio iudicis, caſu 201. nu. 119. & num. 123. 126. & 127. Ant. Gabriel. in ſuo communium opi. tit. de te-*
4 *ſtibus, concluſione 10. per totum.* Non † tamen ſtatur dicto Cardinalis, aſſerentis aliquem ſuum familiarem, ad effectum, vt de ipſius benefici js poſſit diſponere. *Sarnẽ. in regu. de impetrat. benefic. per obi. fami. Card. quæſtion 13 Anto. Gabriel. vbi ſuprà titu. de probatio. concluſ. 3. num. 19. vide Hieronym. à Monte, in ſuis quæſtionibus, quæſt. 22. numer. 24.* Vide Gome. *vbi ſuprà in ſequ.*
5 *quæſt.* vbi dicit, quòd famuli † familiariũ Cardinalium habentur pro familiaribus, diſtinctione habita, *vt per eum ibi.* Et qui

ſint

Digitized by Google

ſint familiares Papæ propriè, & qui fictè, tradit Caſt. *in conſi.340.lib.1.* Et an probent familiares † nobilium, Principum, aut Cardinalium? tradit Crotus. *in trac. de teſtibus 3. par. nu.125.* vbi Petrus Mõcada dicit, quòd ſic. Diſpoſitio autem loquens de familiaribus, & cõtinuè commenſalibus non habet locũ in ſimpliciter familiaribus. *Beroius q.35. num.2.* vide ad ſupradicta Pariſi. *conſi. 38. per totum in 4. vol.* vbi ponit, quis ſit verus familiaris Papæ deſcriptus in indulto? Et vide per eundem *in conſ.50. eo. vol.* An autem credatur Papæ, ſi dicit aliquem ſuum familiarem, vide Anto. Gabriel. *in ſuo communium conclu. tit. de probatio. conclu. 2. nu.3. & nu.19. vbi plenè.* 6

Quæſtio V.

1 Dignitas ex famulorum copia & probitate.

2 Impenſæ Prælatorum in ſeruos iuſtæ.

AN Cardinalis debeat habere plures ſeruitores? Reſpon. quòd ſic, doctos (ſcilicet) & venerabiles, quia tendit ad decus eccleſiæ Romanæ, *vt in c. ſuper, de Magiſtris.* Nam ad honorem Cardinalis ſpectat, quòd à pluribus aſſocietur. *Iuuenalis Satyra 7. & Arioſtus Satyra 3. quod no. And. Siculus in c. ex parte, col. 2. de conſtitu.* tantò enim maior quis reputatur, quantò pluribus † famulis & dignioribus præeſt, *vt probat Gondiſal. in tract. de dignitate Vicecancellariæ, q. 7. allegat text. in §. Nos igitur, de defenſo. ciui.* facit illud prouerbiorum 14. c. in multitudine populi dignitas 1

Regis. *Facit c ecce.95.diſtinct. Hinc Virg. 1. AEneid.* laudans Didonem in iſto apparatu famulorum.

Quinquaginta in ius famulæ, quibus ordine longo
Centum aliæ, totidemq́; pares ætate miniſtri, &c.

Gome. *in regul. Cancellariæ de impetran. beneſic. per obi. fami. Card q.6.* vbi ſubdit, quòd
2 impenſæ, quæ fiunt ſeruitoribus, † & miniſtris, cenſentur factæ intuitu eccleſiæ propter honorem inde reſultantẽ, *vt tradit Franc. in c. præſenti. §. porrò. in 2. no. de offic. ord. lib.6.* Nã multorum neceſſitatibus ſubuenitur, quia multi pauperes clerici, nobiles, & literati in eorum domibus conſolantur, & viuunt, in maximum Cardinalium & Sedis Apoſtolicæ decus. *Caſſane. in Catalogo gloriæ Mundi parte 5. conſidera. 15.*

Quæſtio VI.

1 *Domeſtici Cardinalium præſumuntur honeſti.*
2 *Principi minùs licet, quàm alijs.*

1 AN in domibus Cardinalium cenſeantur eſſe viri flagitioſi, ac priuatione digni? Reſpõd. quòd nõ. Quia de iure, pro illuſtri Cardinaliũ dignitate, præſumũtur habere familiares honeſtos, *vt dicit Innoc. & alij in c literis, de reſtit. & in c. inſinuante, de offic. deleg.* Ex qua prȩſumptione infertur communiter ad d. c. literis, quod diſponit, familiares non eſſe idoneos teſtes, vt non procedat in familia-

familiaribus † Cardinalium & Epiſcoporum, 1
quia non præſumuntur habere perſonas ſuſpectas domi, ſed probatæ vitæ, & exemplares: *vt dicit Bald. in l. etiam. C. de teſtibus. & ſequuntur Modern. in tracta. de teſtib. Firma. in tracta. de Epiſcopo, in 5. part. lib. 4. Aretin. & alij in d. c. literis. & in l. 2. C. de teſtibus.* Inuigilare magis atque magis habent igitur ſuper familiam ſuam Reuerendiſſimi omnes, vt ſic in bono erudiantur eorum familiares, relatione ſcilicet non facta ad id, quod fit, ſed ad id, quod facere conuenit, vt dicit Paulus *I. C. in l. penult. ff. de iuſtit. & iur.* & Proculus *in l. ſed licet. ff. de offic. præſid.* Non tam ſpectandum, quod Romæ factum eſt, quàm quod fieri debeat. Quia Principes debent ſibi magis cauere ab omni re illicita, & reprehenſibili, quàm alij, quia † plura ſunt licita alijs, quæ non licét 2
ipſis, *gloſſ. in l. Imperatorum. ff. de hæredi. inſtit. vbi dicit Bal. quòd iſta verba deberent ſcribi literis aureis.* Nulla ſiquidem auctoritas neque Principis, neque Senatus poteſt facere, quòd Princeps non ſit animal rationale, mortale, nec eũ abſoluere à lege naturæ, vel à dictamine rectæ rationis, vel legis æternæ. *l. 2. C. de vſufruct. earum rerum. Bald. in l. ſi aquam, num. 4. C. de ſeruitu. & aqua.*

Quæſtio VII.

1 Familia Cardinalium ab ipſis puniri ſolet.

QVæritur à quibus iudicibus puniuntur famuli, domeſtici, & familiares † Cardi- 1

nalium? Reſpond. Clar. *quæſt. 35. verſic. excipiuntur.* quòd ij omnes ex conſuetudine remittuntur ad ipſos Cardinales puniendi. Et quòd ita ſeruatur in vrbe Romana. Et ideò ob id habẽt Cardinales priuatos carceres. *quæſt. 68.* allegat Manfred. *in tract. de Cardinal. cap. 8. in 9. priuileg.* dicentem, hoc vſu obtinuiſſe.

Quæſtio VIII.

1 *Bona famuli defuncti cedunt Cardinali.*

1 FAmulus Cardinalis obijt: Cuius erunt bona? Reſpond. † Cardinalis. *l. iure ſuccurſum, in princip. ff. de iure dot.* vbi defuncta filia, iuſtum putat I. C. conſolari patrem, vt ſolatij loco dos ei reddatur. Facit *l. ſi filius, de bon. damnat.* vbi conſolatur pater ex morte filij militis, ſi illi ſuccedat in Caſtrenſi peculio. *Facit l. 4. §. cùm autem. ff. ad leg. Rhod. de iac.* Nam & honeſtum eſt, & iuxta dictum Apoſtoli humanitate plenum, quòd Cardinalis, qui ſocius fuit tribulationum, & onerum, gubernando famulum & familiarem ſuum, ſit etiam particeps, & ſocius conſolationis, quia iuris eſt naturalis, vt qui habet onus, ſentiat commodum *l. ſecundùm naturam. ff. de regul. iur. Ita Gomeſ. in regul. Cancellar. de emp. benefic. per obit. Cardinal. quæſt. 8.*

Quæſtio IX.

1 *Remuneratio famulorũ quomodo fieri debeat.*

1 AN Eccleſia, Cardinales, vel Prȩlati † teneãtur

tur remunerare ſuos ſeruitores. Et qualiter? Reſpon. Afflic. *ſuper conſti.regni lib. 1. titu. de decimis.in princip.nu.2.* quòd ſic. Et debet conſtare de meritis,aliter quàm per aſſertionem Prælati. Nec ideò debêt alienari res Eccleſiæ, vt remunerentur ſeruitores, ſed poſſunt eis concedi fructus ad modicũ tẽpus alicuius rei ſtabilis,& hæc quidem eſt obligatio ad antidora, vt ſcilicet benefacienti benefaciamus. *Vide omnino Redoanum in tract. de Spolijs q. 7. nu.1.& ſeq.fol.200. & idẽ in tract. de Rebus eccleſiæ non alienan.pag.284.§.contra autem. Vide Mõta.in l.Conſilij.ff.de reg.iur.in tract.de appella. lib. 4.c.2.& Archiepiſcopum Flo.in eius ſumma, tit. de inuidia par.2.§.3.c.1.Super inuido & auaro aulico.*

Quæſtio x.

1 *Beneficium ſeruitori digno conferri poteſt.*

AN collatio beneficij, facta per Prælatos ſeruitoribus,contemplatione remunerationis ſeruitiorũ, dicatur ſimoniaca?Reſpon. Fran.Mar.*Deciſ.285.& 288.lib.1.* & eſt deciſum per gloſſ.*in c.ſunt nonnulli.1.quæſt.1.*vbi,ſi eſt facta dignis, non eſt ſimoniaca,aliàs ſecùs. *Portius conſil.221.num.33.in 1.* 1

Quæſtio x1.

1 *Solicitandi cauſſa an poſſit fauendo Cardinalis donari.*

QVis donat famulo alicuius Prælati, vt rẽ beneficij † ſolicitet,An dicatur cõmiſſa ſimonia? Reſpon.Si ille famulus nõ eſt talis, cuius intuitu Prælatus ſit donaturus, non eſt com- 1

Digitized by Google

commiſſa ſimonia. *Cardinalis in c.tuam.de æta-te & qualita. dicens ſe ita reſpondiſſe cuidam Curiali vrbis Romæ. Ferra.Cautela 9.num.10.vide Aſflic. ſuper conſtitu. regni lib.1.tit. de decimis. In prin.num.1.& Fran.Mar.Dec.1121. lib.1.*

Quæſtio XII.

1 *Famuli gaudent priuilegijs dominorum.*

1 AN famuli † Cardinalium ſortiãtur Priuilegium dominorum? Reſpon. quòd ſic. Cùm ex ſubiectione priuilegij familiaribus vſus dominis ſuis incommodior redderetur. *arg.ff.de iud.l.ſi verò.§. legati. Oldr. conſ.293.nu.5.Capici.deciſ.12.*

Quæſtio XIII.

1 *Prælati an teneantur de delictis famulorum.*

FAmuli, vel familiares vtriuſque Prælati faciunt rixam ad inuicem ſæpe ac ſæpius, in qua interueniunt hinc inde homicidia, & vulnera, nec ob id à Prælatis recedunt: ſed dicti Prælati ſemper retinent illos fami-
1 liares. An ipſi † Prælati teneantur de delictis per eos perpetratis, ſaltẽ arbitrio Iudicis extra ordinem? Reſpon. prout in conſi.74.inter conſ.crimi.per totum. vbi Ange. Areti. pulcherrimè in d. conſi. vide Dominũ meũ Alcia. *in conſil.20.in 7.lib. Fran. Mar. deciſ. Delph. 1074. libr.1.*

Quæſtio XIV.

1 *Succeſſor Prælati an teneatur ſoluere debita miniſtris.*

2 *Salaria famulorum, mortuo Prælato, quatenus debeantur.*

An

AN ſucceſſor Prælati teneatur ſoluere debita cõtracta per eius prædeceſſorem propter impenſas neceſſarias pro eccleſiæ miniſtris, & ſeruitoribus per prædeceſſorem factas? † Reſpond. quòd ſic. *Fran. Mar. Deciſ.* 1
436.num.2.lib.1. vide omnino Redoanum, *in tractat. de Spolijs, quæſt.10.per totum.* vbi etiam *num.33.* ſubdit, † quòd ſalaria famulorũ, quæ 2
famuli in vita Prælati petere, & conſequi diſtulerunt, non debent ſolui poſt mortem per Cameram Apoſtolicam, de bonis, ſeu ſpolijs Prælati: quia ſuper hoc emanauit Motus proprius Pauli III. quo determinatur, quòd ſalaria, quæ famuli non habuerunt in vita Prælati, niſi pro biennio petátur, & poſt mortem infra annum petantur: aliàs, quòd ſoluta præſumãtur, *vt eſt videre in d. Motu proprio. vide Menochium conſi.64.nu.20.& ſeq.*

Quæſtio XV.

1 *Famuli Epiſcoporum, Clericorum, Principum Scholaſticorum, an gaudeant priuilegio fori. num.2.3.& 4.*

AN famuli Epiſcopi gaudeant † fori priuilegio? Reſpon. Panorm. *in c.nullus, de foro* 1
compe. quòd communiter tenetur, quòd ſic. *In ſumma Angelica, in ver. Famulus. num. 6. Calcan. conſil. 71.num.2. & ſeq. vbi latius.* Et hoc eſt ſpeciale in ipſis Epiſcopis. *c.fin. de offic. Archi. & ibi hoc tenent communiter Docto. Capici. deciſ. 12. Beluiſ. in pract. crimi. tit. de iniurijs. numer.43. D. Iul. Clar. q.35. ver. quæro nunquid*

fami-

Digitized by Google

familiares? Etiam ſi non ſint ſacris imbuti cle-
2 ricali foro. Secùs † in aliorum clericorum famulis, *vt eſt communis opinio Capicij d. deciſ. & Clar. ibi. & Soarez litera C. num. 128. & 129. vide Gramati. conſi. ciuili. 102. per totum. vbi famuli clericorum tenentur ex ſtatuto de damnis datis.* Vide Iaco. à Canibus *in tract. de repræſa. in 2. par. num. 3.* vbi dicit, quod Doct. *in c. cùm non ab homine. de iudic.* concludunt, quòd gaudent famulantes in domo clericorum priuilegio. *Et idem tenet glo. in Clemen. 1. de decimis.* Et idem de tota familia dicit Proſdocimus *in c. 2. de foro compe.* vide omnino Grammati *.d. conſi. 102.* Natta *in conſil. 576. in 3. vol.* vbi & de famulis Principum, † qui
3 gaudent priuilegio dominorum, & idem in
4 famulis † ſcholaſticorum. *& ibi plura notatu digna.* Famuli tamen Eccleſiæ, qui mercede cõſtituta cuſtodirent paſcua, ſeu animalia eccleſiæ, non ſunt immunes, *vt eſt communis opinio. Grammati. d. conſi. 102. Burſatus conſi. 42. num. 15.* Et ſeruitores mercenarij non gaudent priuilegio fori, competenti alteri priuilegiato, quã Epiſcopo, vel clerico. *Graſſus communi opi. c. 10. q. 7.*

Quæſtio XVI.

1 Seruitores Epiſcoporum habentur pro præſentibus.

1 AN ſeruitores † Epiſcoporum pro præſentibus habeantur? Reſpon. quòd ſic. *in c. audientiam. de clericis non reſiden.*

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtio XVII.

1 Epiſcopi an à famulis accuſari vel excuſari poſſint. & quid ſi famuli ſint crimìnoſi. nu.2.6.
3 Talis quis præſumitur, quales habet famulos.
4 Simile ſimili gaudet.
5 ex familia præſumitur de domino.

AN famuli, vel familiares † Epiſcopi poſſunt accuſare ipſum Epiſcopum? Reſpon. Inno. *in c.nulli. de accuſa. & Bal. in Margarita. in ver. Famulus, & ver. Familiaris. & Firma in ver. Familiares. Fel. in d.c. nulli.* vbi etiã dicit, quòd laici nõ poſſunt accuſare Epiſcopũ, nec eius cubiculares: quod intelligit Abb. ibi de familiaribus nutritis domi iamdiu à primęua ætate. Aliàs ſecùs. Et poſſũt excuſari Epiſcopi per ipſos ſeruos, quia extraneis nõ ſunt noti ſecreti mores *Flor. in d.l. teſtis idoneus. de teſtib. Frãc. Mar. dec. 899. n. 26. li. 1. Gome. reg. Cãcella. de impetrã. bene. per obi. Card. q. 7.* Vbi tamen † familiaris Epiſcopi reperitur criminoſus, in pœnã tolerantis talẽ in domo, ipſũ Epiſcopũ accuſare poteſt *d.c. nulli. c. nullus de accuſa. 2. q. 7. Tãcre. de ordine iud. tit. quis poſſit accuſare lib. 2. pag. 98.* Amentes ergo ſeruos domi nõ habẽdos, ex apologo de Sacerdote, qui turdos puero ſuo aſſãdos dederat, docemur, quia talis quis eſſe præſumitur, † quales famulos habere dignoſcitur. vnde ait Lud. Roma. *in l. cùm mulier. ff. ſol. mat. col. 13.* ad Epiſcopos pertinere, bonis & honeſtis vti famulis, ne ſi contrarium appareat, præſumatur Epiſcopum famu-

Digitized by Google

famulos diſcolos nutrire, ad effectum, vt dolos inſtruant, vt ſuppleant defectum probationum, *& quæ ibi fuſius. Gome.d.q.7.* Talis dominus, qualis ſeruus. *Tiraq. in ſuo de Pœnis temperandis, cauſa 52.num.95.* facit c. cùm in iuuentute. de Purga. ibi, domini dictũ facilè ſequitur multitudo. *& in prag. de colla. ingl. domini.*
4 Nam omne ſimile † diligit ſuum ſimile. Et ignaros defendunt, & diſſimiles odio habent. *Cicero. de Senectute.* Pares cum paribus, & ſimilibus: & ſimilis ſimilem diligit, *vt in adagio: Similes habent labra lactucas. Horatius lib. Epiſtolarum 1.*

Oderunt hilarem triſtes, triſtemq́ iocoſi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq́ remiſsi.
Magna inter molles concordia.

Et Columella. Similibus ſimilia faciliora fecit natura, bonum bono aptiſſimum, & malũ malo. Seneca. Tuta eſt inter feras ſimilitudo morum. Omnium (inquit Cicero) ſocietatum nulla præſtantior eſt, nulla firmior, quã cũ viris bonis moribus ſimiles ſunt familiaritate cõiuncti. Sic & Princeps debet habere famulos morigeratos, quia qualis familia, † talis
5 prȩſumitur dominus. Hiero. *in Epiſtolis.* Natura (inquit) Principis æſtimãte populo, quẽadmodũ mores & ſtudia dominarũ ex ancillarũ & Comitũ moribus iudicãtur. *refert Cagno. in ſuo, de vita & regimine boni Principis, nu. 123.* Fa-
6 muli † tamẽ Epiſcopi pro flagitio non admittuntur ad probandum aduerſus Epiſcopum,
Albe-

Digitized by Google

Alberi. de Roſ. in tract. de teſtib. §. ſupereſt, nu. 19. tit. 14. nec etiam pro ipſo Epiſcopo admittũtur. Niſi eſſent expulſi propter talia crimina, propter quę nõ debuiſsẽt eſſe familiares Epiſcopi. Et no. quòd ſi Epiſcopus audiuit eius familiã aliquem minantem, & de ſe accipere vindictam dicentem: Si dixit, inhibeo vobis expreſsè, ne ei aliquid faciatis, ne ordinis mei diſcrimen incurrere valeam, & animæ meæ detrimentum: ſi familia nihilominus eum occidat, non tenetur. ſi ſuo nomine factũ fuerit, & ipſe poſtea ratum habeat, ſecus erit. Aliàs non, *Beluiſi. in parc. crimi. tit. quotuplices ſint cauſæ, nu. 224.*

Quæſtio XVIII.

1 *Iniuriar. actio an competat Epiſcopo, nomine famuli.*

QVid ſi fiat iniuria famulo Epiſcopi:† 1 An competat actio ciuilis Epiſcopo, quaſi ipſi ſit illata? Reſpon. Bar. *in l. 1. §. fi. ff. de iniurijs*, quòd ſic, ſi in eius contumeliam illata ſit. Aliàs ſecùs. *l. apud Labeonem. §. ſi apud. ff. de iniurijs. pro quo vide d. Rolan. à Valle con. 48. num. 8. in 2. Anton. Gome. in tractat. de Delictis, c. 6. tit. de iniuria. num. 6. ſol. 386.* Nullus certè fuit vnquam ita ſapiens, quòd iniuriam recipere nõ poſſit. *Ang. in l. ad eos. ff. commo.* Et nemo eſt tam bonus & induſtrioſus, qui à malis hominibus non poſſit decipi. *Idem Ang. in l. argentum eod. tit. & dixi alibi fuſius.*

Quæſtio XIX.

1 *Epiſcopus an ſuos familiares poßit ordinare.*

1 AN Epiſcopus † poſſit ordinare ſuos familiares, ſine literis ſuorum ſuperiorum? Reſpon. Frideri. de Senis *conſ. 188. ad fi.*

Quæſtio XX.

1 *Clerici vilia opera ſubire non debent.*

1 AN Clerici in famulatu eſſe poſſint eccleſiaſticarũ perſonarum, † ſubire vilia officia, aut opera, quæ clericali decoro nõ conueniunt? Reſpõ quòd nõ, Redoanus *in tract. de Spolijs, in fi. in c. incip. in famulatu.*

Quæſtio XXI.

1 *Concubinæ an poßit Clericus legare.*

AN Clericus poſſit eius ancillæ legare? Reſpon. Natta. quòd ſic *in conſ. 559. in 3. per totum.* Sed non † concubinæ, *vt ibi.*
1 Niſi pro meritis, quantum ſcilicet eius merita ſe extendunt, *vt dicit Anch. in conſilio 247. vide Bermondum de concubinis.* Et quænam ſit propriè cõcubina, tradit Areti. *in conſ. 48.* vbi ponit differentiam inter ancillam, & concubinã. *& Bermon. vbi ſuprà. Et Concenatius lib. 2. quæſtionum, c. 1.*

Quæſtio XXII.

1 *Doctor Clericus non debet eſſe ſine famulo.*

1 AN Clericus † Doctor debet ſtare ſine famulo? Reſpon. quòd non. *vide Redoanum in tractat. de Spolijs, q. 10. nu. 33. & alibi in eod. tit.*

Quæ-

Quæſtio XXIII.

1 *Prælatus ex fructibus eccleſiæ donare famulis poteſt.*

AN poſſit Clericus, vel Epiſcopus de fructibus ſuæ eccleſiæ, & mobilib. ſibi ratione eccleſiæ acquiſitis, ſeruitoribus mercedes relinquere, & donare ac remunerare? Reſpon. Specul. *in tit. de ſtatu Monacho. verſ. 57. quæritur.* quòd poteſt. *l. Iubemus. C. de ſacroſan. eccl. Redoanus de Spolijs q. 3. nu. 9. fol. 107.* Dũ tamen abſit fraus. 1

Quæſtio XXIV.

1 *Subrogati famuli priorum indulto fruuntur.*

2 *Nobilium, maximè prælatorum vitia.*

QVæro, Epiſcopus habet indultum, vt famuli ipſius gaudeant fructibus beneficiorũ ſuorũ: An iſtud indultũ porrigatur ad eos famulos,† qui loco illorum ſubrogati fuerunt? Reſpon. quòd ſic. *Anton. Gabriel. in ſuo communium conclu. lib. 1. tit. de legibus, conclu. 3. in 12. limita. nu. 45.* quod not. contra quendam Epiſcopum, qui ſtuduit tit. de iuris & facti ignorantia, & neſciebat, quòd vbi eſt Collegium, ibi eſt dignitas. *Bald. in conſi. 1. num. 3. in 1. volum.* vnde in eo verificatur illud, quod dicit Bald. *in l. per adoptionem. ff. de adop. in 1. lectura.* Vbi dicit, quòd nobiles pro maiori parte hodie ſunt ſuperbi, inimici popularium, guloſi, & luxurioſi pluſquã populares sũt, & nihil aliud ſciũt, niſi comedere, bibere & ſuperbire: Et præſertim falſi Præla- 1

ti, qui, vt dicit Bald. *in conſi. 10. n. 8. vol. 1.* vbi dicit, quædam ſunt, quæ habent ſimilitudinem entis, & tamen non ſunt ens, vt chymera, hypocrita, & falſus prælatus. *l. Paulus. ff. de verb. ſig.* prout ille, qui pro vno marcello totum mundum deſtrueret.

Quæſtio XXV.

1. Abbatis famulus poteſt eſſe teſtis in cauſa monaſterij.

1 AN famulus † Abbatis poteſt eſſe teſtis in cauſa Monaſterij? Reſpon. Bal. *in conſi. 444. nu. 4. in 1. par.* quòd ſic. *Spec. in tit. de teſtib.* Aliàs eſſet in poteſtate Abbatis ſubtrahendi probationes Monaſterij, faciendo aliquem ſibi famulum.

Quæſtio XXVI.

1 Priuilegium familiaribus conceſſum porrigitur ad futuros.

1 AN priuilegium † conceſſum Monaſterio pro ſe, & eius familiaribus, extendatur ad familiares futuros? Reſpon. quòd ſic. *Ioan. And. in reg. qui ſentit. de regu. iur. in 6. & c. fin. cum ibi not. de priuile. in 6. pro quo vide Fran. de Mar. deciſ. 425. nu. 8. lib. 2.*

Quæſtio XXVII.

1. Conuerſus quis dicatur: & an gaudeat priuilegio Eccleſiæ, nu. 2.

QVid ſi famulus cõuerſus acquirit eccleſiæ: An ſit neceſſaria ratihabitio? Reſpon. quòd non. *Scribentes in l. qui Romæ. §. Sta-*
1 *tius. ff. de verb. obl.* Conuerſus † enim eſt, qui

mutato

mutato habitu religionem ipſam profitetur, minimè ordine eccleſiaſtico prędítus, & is cũ cæteris religioſis intra Monaſteriorum clauſtrum vitam agit. *Couar. in c. Alma mater. part. 2. §. 2. nu. 9. de ſententia excommu. in 6.* Et iſti non habent vocem in Capitulo. *Frederi. de Senis in conſi. 213.* licèt faciant profeſſionẽ, & ipſi ſint verè profeſſi, & veri religioſi, & habentur in numero religioſorum. Et an conuerſus gaudeat priuilegio eccleſiæ? Reſp. quòd non, niſi ſint in aliquo ſeruitio eccleſiæ, & non viuunt ſeculariter, *vt no. Proſdocimus in c. 2. de foro compe. Iaco. à Canibus in tract. de Repreſalijs, 2. par. nu. 3.*

Quæſtio XXVIII.

1 Chorales pueri an habeant priuilegia Clericorum.

NVnquid † pueri deſeruientes in choro, & deſtinati clericatui, qui ſe gerunt pro clericis, habitum & tonſuram deferentes, habeant priuilegium, de quo in c. ſi quis ſuadente Diabolo? Reſp. Duennas, quòd ſic. *Regu. 99. in 10. amplia.* Num percutiens eos eſt excomnicatus? Vide in Concil. Trident. *lib. 4. c. vnico, de Priuilegijs Clericorum.* 1

Quæſtio XXIX.

1 Nobiles ſunt, quicunq; inſeruiunt Principi.

AN omnes famulantes Principi ſunt in dignitate, † & ideò nobiles? Reſpon. Caſſaneus in *Catalogo gloriæ mũdi par. 8. conſidera. 19.* quòd ſic. Etiam in officio quocunque 1

minimo ſeruientes. Etiam ſi ſit coquus Principis, dicitur eſſe in dignitate, & habere dignitatem, aſſiſtendo ſcilicet ſeruitio, & obſequio ipſius Principis, *Cagno in l. diem functo. nu. 17. ff. de offic. Adſeſſoris.*

Quæſtio XXX.

1 Principi per ſubſtitutum quis ſeruire nequit.

1 QVI tenetur ſeruire† Principi, An poſſit per ſubſtitutum ſeruire? Reſpon. quòd non. Niſi de eius voluntate. *Bal. in vſibus feudorum, tit. Epiſcopum, vel Abb. §. mutus, num. 3.*

Quæſtio XXXI.

1 Familia Principis an teneatur ad onera extraor.

1 AN famuli, vel† familia Principis teneatur ad munera, & onera extraordinaria, vt cubicularij, medici, & alij ſeruientes cum fide, vt tenentur in Palatio Principum, & pro domo principali negociãtes, procuratores, notarij, curiales, coqui, & ſimiles? Reſpon. Ferretus *in tractat. de Gabellis. num. 535.* quòd non: Sed ſunt immunes.

Quæſtio XXXII.

1 Famuli nobilium ſunt melioris conditionis, quàm aliorum.

1 AN ſerui † nobilium ſint melioris conditionis, quàm ſerui plebeiorum? Reſpon. quòd ſic. *Corſe. fuſius in Reperto. Abb. in verſ. Aduocatus defendit.* Et ideò inferens iniuriam iſtis, vel acriter verberans, punitur ac ſi effecta fuiſſet iniuria domino. *Vide Alberi. in l. quamuis, num. 2. ff. de in ius vocan. & Maſue. in*

pract.

pract.ſua titu.de iniurijs,num.6. Et iſti ſerui nobilium debent habere meliora fercula, vt in illis Cardinalium & Epiſcoporũ: *vt ibi per Corſetum.*

Quæſtio XXXIII.

1 Principis famulus inobediẽs grauiùs puniri debet.

QValiter † debet puniri ſeruus cõtemptor, vel inobediens mandatis Principis? Reſpon. *Bal. in conſil. 367. colum. 2. lib. 3.* quòd familiares Principum puniuntur grauiùs, quàm alij. *l. vniuerſali. vbi Saly. per illum tex. C. vbi fiſcales. vide omnino Felyn. in c. cum dilect. verſ. amplia. 1. de reſcript.* 1

Quæſtio XXXIV.

1 Legatorum famuli gaudent priuilegijs dominorũ.

AN famuli † legatorum, vel abſentium cauſa reipublicæ gaudent priuilegijs dominorum, vt reſtituantur aduerſus læſionem paſſam tempore abſentiæ? Reſpon. quòd ſic. *Cyn. & Bald. in l. 1. C. vxor. mili. Pet. Rauen. in alphabe. aureo, verſ. Bidelli.* 1

Quæſtio XXXV.

1 Legatorum ab hoſtibus famuli non debent offendi.

AN famuli † Ambaſciatorum hoſtium offendi poſſunt? Reſpon. quòd non. *l. fin. ff. de lega. Fran. Mar. deciſ. Parla. Delph. q. 425. nu 4. lib. 2.* 1

Quæſtio XXXVI.

1 Serui Inquiſitorum, Epiſcoporum, & Poteſtatum poſſunt arma ferre.

AN liceat † ſeruitoribus Inquiſitorũ hęreticę 1

prauitatis arma deferre? Reſpon. quòd ſic. *Aſflic. ſuper conſtitu. lib. 1. de illicita por. arma. nu. 6.* Nec poſſunt prohiberi, & ſi prohibentur, puniuntur prohibentes tanquam turbatores. *Clemen. 2. vbi Doct. ad fin. de hæreti.* idem eſt in famulis & ſeruitoribus Epiſcoporum & poteſtatum. *ibi.*

Quæſtio XXXVII.

1 Princeps poteſt diſpenſare contra ius poſitiuum.

1 AN Princeps poſſit contra ius poſitiuum diſpenſare pro ſuis ſeruitoribus & familiaribus? Reſpon. quòd ſic. *Afflic. ſuper conſtitu. de probatio. li. 2. n. 11.* Principes enim ſolent (inquit) contra ius poſitiuum diſpenſare pro ſeruitoribus & familiaribus ſuis. Nam poteſt Princeps pro libito voluntatis tollere leges poſitiuas. *c. 1. de conſtitu. lib. 6. Gome. regu. Cancellariæ. 1. q. 15. Pariſius conſil. 23. nu. 250. in 1. volum.*

Quæſtio XXXVIII.

1 Seruitia indebita præſumuntur metu extorta.

1 AN indebita † ſeruitia à ſeruis facta præſumantur à magnis dominis per metũ extorta? Reſpon. quòd ſic. *Alex. in l. 1. §. quæ onerandæ. in Apoſtillis ad Bart. ff. quarum rerum actio non datur. Aemylia. in conſi. 73. nu. 21.*

Quæ-

Quæſtio XXXIX.

1 Famulus quilibet poteſt prohibere, ne quis domum ingrediatur.

AN quilibet famulus † de familia poſſit 1 prohibere aliquem, ne domum ingrediatur? Reſpon. Bart. quòd ſic *in l. lex Cornelia. §. lex itaque nu. 1. ff. de iniur.* Et ſi ingreditur, habet actionem ex lege Cornelia. Prohibentes tamen famuli, & impedientes apparitores capere malefactorem, tenentur lege Iulia de vi. *Bar. in l. furti. §. ope. nu. 5. ff. de fur. Firma. ver. familiares omnes.*

Quæſtio XL.

1 Famulus dominum accuſare nequit. fallit. nu. 2. 3.

AN famulus poteſt † accuſare dominũ? 1 Reſpon. Bart. *in l. pen. C. qui accuſ. non poſſunt*. quòd non. Niſi ſuam, vel ſuorum proſequatur iniuriam. Et actio de dolo non competit famulo contra dominum, qui eſt poſitus in dignitate. Et ideò cautela eſt, quòd ipſe intentet actionem vel exceptionem in factum, verbis temperatis, non faciendo mẽtionem doli, quia iſta iudicãtur à pari, actio, & exceptio: in quãtum ad hoc. *Ita Cœpola. Cautela 107. & 162.* Seruus tamẽ Daridanarij dñum † accuſat. *Fran. Mar. deciſ. 284. nu. 3. lib. 2.* Fallit, 2 ſi eſt infamis infamia facti, vt quia habet vxorem, & concubinam vno & eodemmet tẽpore, *vt eſt communis opinio. Viuius communi opi. ver. Accuſare.* Limita † non procedere, parte nõ 3 opponente, quia tunc accuſatio facta à ſer-

uo contra dominum procederet, & iſtà eſt communis opinio, *vt ibi.*

Quæſtio XLI.

1 *Poteſtates an teneantur pro delictis famulorũ vel Officialium ſuorum, num.2.*

1 NVnquid † Poteſtates terrarum teneantur pro delictis ſuorum famulorum? Reſpõ. quòd ſic, pœna (ſcilicet) pecuniaria. Liberantur autem, ſi eos exhibent. *Ferra. caute. 49. vide tamẽ Fran. Mar. deciſ. 425. & 426. lib. 1. & in prag. tit. decollatio. in gl. ver. familiæ. Ang. l. 1. §. familiæ. ff. de publica.* Item liberatur dominus, ſi famulus banniatur. *D. m. Cæphalus conſ. 187. nu. 6. in 2.* Nec etiam tenetur Poteſtas de facinoribus per ſuos Officiales cõmiſſis extra ſuum miniſterium. *Marſi. ſingu. 560. Roma. conſ. 331. in caſu propoſitæ conſultationis, vide Menochium de arbitrio iudicis, caſu 354.*

Quæſtio XLII.

1 *Poteſtas non tenetur pro debitis famulorum.*

1 AN Poteſtas † pro debitis, vel contractibus factis per eius famulos durante officio teneatur? Reſpon. quòd non. *Iaffredus deciſ. 500.*

Quæſtio XLIII.

1 *Doctoris famulus non poteſt pro debito carcerari.*

1 AN famulus † Doctoris poſſit pro debito incarcerari? Reſpon. quòd non. *D. Borgni. Caualcan. in tractat. de tuto. & curato. num. 318.* vbi dicit, quòd quemadmodum Doctor non poteſt pro debito incarcerari, ita nec eius fa-

ſamulus. Et Doctor nõ poteſt renunciare huic priuilegio, nec Statum poteſt ei derogare: niſi ſpecialiter & indiuiduò loquatur de ipſo priuilegio.

Quæſtio XLIV.

1 Doctorum filij & familia tenentur, quatenus facere poſſunt.

AN famuli † Doctorum gaudeant priuilegio dominorũ, vt ſcilicet non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt? Reſpon. quòd ſic. *Brunus in tract. de ceſſione bonorum, q. 10. 4. par. prin. nu. 3.* vbi idem dicit in filijs Doctorum, & eius familia, viuentibus ipſis Doctoribus.

Quæſtio XLV.

1 Alimentorum priuilegium etiam de famulo intelligitur.

DOctor, ſiue alius, qui non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, deducto ne egeat, habet ſeruitorẽ, An ipſe ſeruitor † 1
ali debet vnà cum domino, vt ſic priuilegiũ domini extendatur ad ſeruitorem? Reſpon. quòd ſic, quia ſine ſeruitore Doctor ſtare nõ poteſt. Nam ei, qui non conuenitur vltrà quã facere poteſt, tantum relinqui debet, vnde ipſe & ſui miniſtri eidẽ neceſſarij ſuſtentari poſſunt. *Brunus in tract. de Ceſsione bonorum, q. 31.*

Quæſtio XLVI.

1 Iudicis famulus non præſumitur, qui non fert inſignia.

Famu-

1 FAmulus iudicis, qui non defert veſtes, & inſignia deferri ſolita: an præſumatur eius famulus? Reſpon. Angel. quòd non, *in l. Item apud. §. ſi quis virgines. ff. de iniur.*

Quæſtio XLVII.

1 Famuli non faciunt collegium.

1 AN famuli† Scholarum, vel diſcipuli artificum faciunt Collegium? Reſpon. quòd non. *Bal. in Auth. habita. q. 1. col. 2. ver. Extra circa princ. C. ne filius pro patre. Alex. in l. ſodales. de Colle. illici. Firma. ver. collegium.*

Quæſtio XLVIII.

1 Furta famulorum an ſuſpendio puniantur.

1 AN famuli † Scholaſticorum, qui faciunt eis quædam furtula, dicãtur fures, & pro multis paruis furtis poſſint tanquam famoſi furca ſuſpendi? Reſpon. Bald. *in titu. de pace iura. ſir. in vſib. feudo.*

Quæſtio XLIX.

1 Pecuniam perperam exponens famulus quomodo coerceatur.

1 AN contra Scholaſticorum famulos, † qui pecuniam ſibi pro cibo, & potu emendo traditam aliter expendunt, ſuccuratur? Reſpon. Scodobius *in Authen. habita. C. ne filius pro patre ſuper verſ. Tam ipſi. in auctario, litera A.* quòd ſic, vt eos ſcilicet iurare cogant, non aliter expenſuros, ac ipſi præceperint *ſecundùm Card. in Clem. 1. §. porrò. in 6. no. de hære.*

Quæ-

Quæſtio L.

1 Scholares an puniantur, ſi ancillis ſe miſceant.

AN debeant puniri † Scholares, qui habent acceſſum ad iſtas mulieres, quæ fanteſchæ, id eſt, Maſſare vulgò dicuntur, quæ ſtant cum ciuibus, & minùs honeſtè viuunt, licèt ſint liberæ? Reſpon. Ang. *in l. ſi vxor. ff. de adulte.* quòd non. *de quo Alex. in conſi. 13. nu. 6. in vlt. vol.* 1

Quæſtio LI.

1 Iudæus, qui à famulo accepit librum rationum, tenetur exhibere.

QVid ſi † famulus Scholaris portauit librum meum ad Hebræum, & Hebræus negat: An debet compelli ad oſtenſionem libri rationum? Reſpon. *Bal. in. l. 1. §. rationes. ff. de eden.* quòd ſic. 1

Quæſtio LII.

1 Scholarium famuli gaudent eorum priuilegijs.

2 Scholaris quando non teneatur famulo de mandato.

AN famuli † Scholaſticorum gaudent eorum priuilegijs? Reſpon. quòd ſic. *Calcane. in conſil. 71.* diſtinguendo, *vt per eum. Abb. in c. nullus. nu. 6. de iudi. Duen. regul. 305. Rebuffus in tractat. de Priuilegijs Schola. Priuilegio 163. nume. 1. 5. & 6. Abb. in conſil. 53. in 1. par. Bertachi. in verſ. famulus, & verſic. clerici.* Et ſicut Scholaris capi non poteſt: ita eius famulus in executione famulatus pro domino. *Rebuffus vbi ſuprà. Fely. in d. c. nullus. Tiraq. in tract.* 1

Ceſſan-

Ceſſante cauſa par.1.num.105. Capici. deciſ. Nea-
2 *poli.2.* Si tamen † Scholaris mittit in nocte famulum pro meretrice, & promittit famulo immunitatem, ſi capiatur à familia poteſtatis, non tenetur Scholaſticus pro eo. *l.ſi verò, §. id, quod vulgo. ff. de fideiuſſo. per illum tex.*

Quæſtio LIII.

1 Domini charitatem an ſeruus propriæ debeat anteponere.

1 AN ſeruus teneatur præferre † charitatem domini ſui propriæ charitati? Reſpon. quòd non: de iure Canonico. *argu. 1. diſt. c. humanum. ibi quamcunq;.* Secùs de iure ciuili. Et ſic contra l. Præſes. C. de ſerui. & aqua. vbi eſt text. quòd prima charitas incipit à ſe ipſo, & *eſt text. in l. 1. §. eodē tecto. ff. ad Syllania. Bap. de S. Blaſio in tract. contradictio. contradictione 55.* Sed collige ſolutionem ex gloſſ. *in verſic. Soluti.* & contra d. l. Præſes videtur tex. *in c. dilecto, de præben. & l. iſti quidem ff. quòd metus cau. §. fi. Inſti. de Noxalibus, & §. ſerui. Inſtit. de iure perſona. Crauetta conſ. 6. nu. 5. lib. 1.*

Quæſtio LIV.

1 Seruus repræſentat perſonam domini.

1 AN ſeruus † repræſentat perſonam domini? Reſpon. quòd ſic. *ff. de optio. lega. l. ſi Pamphilo. & §. poſt mortem. Inſti. de inutili. ſtipulæ.* Sed famulus eſt ad dominum, non è côuerſo. *Frederi. de Sen. in conſi. 46. col. 2. in fi.*

Quæ-

Quæſtio LV.

1 *Amiſſæ res in domo, præſumuntur ablatæ à famulo, ſi ſugit.num.2.*

3 *Fuga famuli an probet delictū in domo domini.*

QVid ſi famulus fugit, & reperiũtur † amiſſæ res aliquæ domini: An videatur res illas ſubtraxiſſe? Reſpon. gloſſ. *in §. ſi verò. in Authen. de exhibend. reis verſic. factum,* quòd ſic. *& no. Angel. in ea. num. 19. Beluiſius ibi. Petr. Rauen. in alphabe. in verſi. fuga. Boſſius in pract. crimi. tit. de iud. num. 33. Marſil. in pract. §. diligenter. num. 47. pag. 39. vbi latè. Fely. in c. nullus. in 3. fallen. de præſump. Corſe. in ſingu. verbo, fuga famuli. Neuiza. in ſylua. lib. 3. num. 17. Blancus. in Repeti. l. fi. ff. de quæſt. verſ. fuga famuli num. 423. Diaz. regu. 303. Chaſſane. conſuetu. Burgun. pag. 48. nu. 37.* Viuius *Communium opi. opinione 84. In prima impreſsione, & in 2. 120. col. 6.* vbi & quando facit indicium ad torturam. Caſonus *in ſuo, de indicijs & tortura, ca. 4. de fuga, n. 22.* vbi dicit, quòd quãdo hæc † duo concurrunt: videlicet, dominũ habuiſſe dicta bona, & ſeruum veriſimiliter potuiſſe auferre, & quòd dominus ſit bonę fidei, & ſeruus aliquantulum ſuſpectus, quòd tunc procedi poteſt ad torturam, aliter non. Et quando fuga famuli † probet delictum factum in domo domini. Duen. *reg. 389. nu. 3. in 3. limi. vbi fuſiſsimè. Deci. conſ. 130. col. fin. D. m. Alcia. conſi. 153. lib. 5. Claudius reg. crim. 32. Soarez. in verſ. fuga famuli. Natta. conſ. 407. per totũ in 2. vol.*

Quæ-

Quæſtio LVI.

1 *Famuli hoſpitis vel nautæ an præſumantur ſubtraxiſſe res viatorum.*

1 BOna quædã ſunt depoſita per viatorem in hoſpitio, & furto ſunt ſubtracta: An † famuli hoſpitis, vel nautæ, habent contra ſe iudicium, & poſſunt torqueri ex vi pręſumptionis legalis? Reſpon. Bart. *& ibi per Apoſtillan. litera C. vbi fuſius, & in l. fin. ff. furti aduer. nautas.* Nouellus *in pract. crimi. in forma inquiſitionis contra fures. nu. 24. fol. 51.* vbi videtur, quòd ſic. Sed contradicere videtur Neuiza. *in ſylua lib. 1. n. 68.* dic vt per Doc. *vbi ſuprà. & vide Claudium regu. crim. vbi de iudicijs agit, & Plot. in l. ſi quando. C. vnde vi.*

Quæſtio LVII.

1 *Caupo an teneatur pro famulo.*
2 *Nobiles de ſeruorum factis tenenter.*
3 *Dominus quando teneatur de facto famuli vel domeſtici ſui, nu. 4. & 7.*
5 *Incendio à ſeruo commiſſo an teneatur Dominus.*
6 *Officiales quando pro ſuis famulis teneantur.*

1 AN dominus teneatur pro famulo: Etiam, quòd ſit † Caupo? Reſpon. quòd non: Si Caupo communi opinione ſit bonus exiſtimatus. Rebuffus *in prac. benefi. fol. 61. nu. 189.* dominus enim regulariter pro facto ſui ſeruitoris hominis liberi non tenetur. *l. apud antiquos, in fi. vbi no. Bal. C. de fur. c. cum ad ſedem, de reſti. ſpolia. Menochius d. ca. & hæc quidem*

dem eſt cõmunis opinio: *vt dicit Cur. Iun. in l. 1. nu. 13. C. de ſeruis fugi. de quo Clar. q. 86. in prin. Vbi pulcherrimè. & Cagn. in l. culpa caret. ff. de re. iu. Corſe. ſing. ver. Præceptum. Bellapertica q. 451. Benedict. de Vado, in Repert. Fel. in verſ. Delictum cõmiſſum per famulum, Fran. Mar. deciſ. 61. lib. 1. & 425. Ioan. Fabr. Inſti. de obliga. quæ ex quaſi delic. §. ſi filius. & Inſtitu. de Noxalibus. num. 3. & in gl. in verſ. familiæ. In prag. de collatio. fol 78. Grammati. deciſ. 34. nume. 39. Apoſtil. ad Bar. in l. 1. §. fin. ff. quòd vi aut clam. litera E. Ber Diaz. reg. 183. 201. & 204. Duen reg. 303. Nouellus in pract. crim. fol. 50. Corne. conſil. 40. in 1. Ana. conſil. 2. Riminal. conſil. 391. num. 24. D. m. Alcia. in tract. præſump. regul. 3. præſumpt. 40. Iodocus Damhoud. in pract. ciuili, ca. 29. nu. 6. Areti. in §. fi. Inſtit. de obli. quæ ex quaſi delic. num. 4.* Et † ſerui nobilium, ſi quid 2
mali agant; tenentur domini, nec excuſantur allegantes ignorantiam, quia cogitare debent illud contingere poſſe. *Deci. in l. nullum crimen. ff. de reg. iur. Arno. Dialogo 4.* Nec eſt veriſimile, quòd famuli quid tale agant inſcijs dominis. *Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi q. 10. ff. de operis no. nun. Zaſ. conſil. 5. in 1. volum. deciſ. Tholoſa. 195.* Et † quando dominus 3
teneatur de facto ſui domeſtici. Petr. Rauen. *in alpha. verſ. damnũ, colum. 3. vide omnino Placam in epito. delicto. lib. 1. cap. 14. Bald. in conſi. 385. in 1. volu. Et vide Caraui. inter conſi. crimi. conſi. 116. per totum.* Et licèt delictũ familiaris nõ imputetur domino: tamẽ, † ſi delictum habet cauſã 4

ſucceſſiuam,& dominus non prohibet, præſumitur de eius conſenſu factum. *Abb.in c.conſtitutus.1.& in c.cauſam,quæ de teſtibus.Ber.Diaz.*
5 *regu.791.vniuerſitas.* Et an pro incendio † per ſeruum commiſso teneatur dominus? Carauita *vbi ſuprà.Menochius conſ.52. Burſa.conſ. 59. nu.14.plura Moro.de fide,treuga & pace, q.138.& q.141.num.1.* Item ſi famulus deliquit in re, cuius cuſtodia ſpectaret ad dominum, tenetur domin⁹, quia imputatur ei, qui prępoſuit ſeruũ inutilē. *Angel.in l.1.§.magiſtri.ff. de exercito.* Et ait Barto. *in l.1.§.familiæ, vbi & Mod.ff. de publica.* quòd ſeruitores debēt eſſe morigerati: Aliàs ex facto ipſorum tenentur domini.
6 Quando officiales † teneantur pro famulo viuo & mortuo: ponit Ferrettus *in tract. de Gabellis num.218.* Et quando poteſtas teneatur pro ſuis famulis, Carauita. *Bal.d.conſ.385.in 1. volu.* quibus verò caſibus teneātur domini pro famulis in damnis datis; Petr.Rauen. *in alphabe. verſ.famulus.Pariſi.conſil.87.num.6.in 4.volu. Vitalis in trac.Clauſu.de metu officialis n.4. & 5. pag.291.* Item tenetur dominus ſoluere Pedagium pro famulo, non autem ad collectas. Et
7 tenetur dominus † pro famulo proijciēte turpitudinem ex feneſtra, ſi proiecit in locum, per quem conſuetum erat homines pertranſire: Aliàs non. Item tenetur dominus pro damno dato à famulo, non pro delicto, niſi quatenus ad eum peruenerit immediatè, non aliter. vel niſi dominus ſciat, &

non

non prohibeat: quia videtur ratificare. vel niſi faciat de voluntate & mandato domini: vel niſi Statuto caueatur, dominũ teneri pro famulo: quo caſu etiam tenetur de commiſſis antè. Secùs ſi Statutum dicit, quòd dominus teneatur pro delicto famuli: quia intelligitur ſcilicet de cõmiſſo tempore, quo fuit famulus. Et ſi dominus ſoluit pœnam pro famulo in caſibus, in quibus non tenetur, repetit ab eo. *Bertachi. ſupradict. in tract. de Gabellis par. 7. principali num. 29. verſ. Vndecimò quæro. Tomo 6. fol. 62.* Et dominus non tenetur ex facto famuli, niſi conſtet de mandato *l. 1. §. familiæ, & §. filius, ff. de vi & vi arma. Natta in conſil. 18. nu. 15. in 1. vol.*

Quæſtio LVIII.

1 *Seruo non creditur aſſerenti ſe ex mandato Domini inimicum eius occidiſſe.*

QVid ſi † famulus meus occidit inimicũ meum: An præſumar, quòd ſibi mandauerim? Reſpon. Boſſi. *in prac. de Manda. ad homic. n. 39. Duen. reg. 302.* Carre. *in §. circa,* Bal. *in l. 1. C. de ſeruis fugi.* vbi tenet, quòd non. Et dicit, quòd de facto ſemel fuit caſſata quædam inquiſitio formata contra dominũ, ex eo, quia eius famulus dicebat dominum ſibi mandaſſe, quòd facere quoddam facinus tanquã continens non veriſimile. *Franc. Mar. deciſ. Delphi. quæſt. 423. nu. 1. in 1. par. & q. 92. & 504. in 2. par.* 1

Quæſtio LIX.

1 *Mandaſſe homicidium ſeruo quando dominus præſumatur.*

2 *Famulus mandato domini delinquens, mitiùs punitur.*

DOminus alloquitur famulum in aure, qui poſt breue tempus interfecit hominem:
1 An † id de mandato domini videatur feciſſe? Reſp. Bart. *in l. ſi ventri. §. in bonis ff. de priui. credi.* quòd ſic. *Gratus Reſp. 110 nu. 12. Bald. in l. 1. col. 3 n. 10. C. de ſeruis fugi. Cæpola caute. 39. Bald. in c. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. Gamma. voto. 6. nu. 20. & conſil. ciuili. 74. num. 5. Ant. Gomez in tract. de homicidio. num. 46.* Mitius tamen punitur fa-
2 mulus, † qui interfecit hominem de mandato domini. *Cæpola caute. 40 quam ſequitur Deci. conſil. 535.* Sed eã impugnat Cagnol. *in l. Velle. num. 14. ff. de regu. iur. Arno. Epito. 8.* Per quæ autem verba cenſeatur reuocatum mandatum, iã impreſſum in animo ſerui in tali caſu? tradit Cæpola *cautela vltima, col. fi. Vide Clar. q. 89. ad fin. Petr. Placa in Epito. delic. c. 14. num. 5. Ant. Gabriel. Communium conclu. lib. vlt. tit. de crimi. concl. 2. & ſeq. vbi fuſiſſimè.*

Quæſtio LX.

1 *Mortis timore interficiens aliquem, an excuſetur.*

1 QVid ſi ſeruus timens † mortem ſibi comminatam à domino, occidit ipſius domini vxorem, vel aliquem alium: An erit

excu-

Digitized by Google

excuſatus? Reſpon. quòd ſic. *Beluiſius in pract. crimi. in §. iuris permiſſione, num. 63.*

Quæſtio LXI.

1 In delictis grauibus nō tenetur ſeruus obtēperare.
2 In turpibus non debet ſeruus obedire.

AN excuſatur † ſeruus in grauibus delictis, 1 qui obtemperat domino? Reſpon. quòd non. *Abb. in c. vniuerſitatis, de ſentent. excommun.* Nec debet obedire domino, etiam contra præcepta eccleſiæ. *Abb. in c. relatum, num. 2. eod. tit.* licèt ſint ſoliti famuli ſeruire dominis per fas & nefas, *vt dicit Bald. in c. cùm in literis, de teſtibus.* Et tenentur protegere dominum. *l. 1. & per totum, ff. ad Syllan.* Nec in turpibus † tenen- 2 tur ſeruire domino, & obedire. *Martin. Syllima. in tract. de feudo, in princ. nu. 2. excuſantur tamen, vt ibi num. 3.*

Quæſtio LXII.

1 Ex delicto ſerui quando teneatur dominus.

QVid ſi dominus dixit eius famulo: Ne reuertaris domum, niſi ſentiam nouum de te: Et poſtea famulus interficit aliquem: An dominus † pro eius delicto teneatur? 1 Reſpon. quòd ſic: Si prius recepit dominus ab interfecto iniuriam. Vide Anton. Gomez *de homicidio, num. 45. vbi declarat, & limitat.* & Burſat. *conſil. 20. num. 19.* vbi & ipſe declarat, quomodo iſtud procedat. Limita multipliciter, *vt limitat Duennas regul. 302.* Franc. Mar. *decis. Delphin. 423. libro 1. numero 1.* vbi dicit

communem opinionem, quòd dominus decapitetur. *Vide tu Clar. quæſt. 89. verſi. ſed hic incidenter, & Pet. Placam in Epito. delictorum, cap. 15. num. 3.*

Quæſtio LXIII.

1 *Seruo in præſentia domini aliquem interficiente, an præſumatur dominus mandaſſe.*

1 DOminus eſt † præſens, & habet verba cum alio, & famulus eum enſe ferit: An præſumatur illud ſeruo dominum mandaſſe? Reſpon. Barbat. *in c. 1. de offic. delega. Afflict. ſuper Conſtitut. regni de percuſſione illicita, num. 18. Deci. in l. ſi ſeruus, num. 7. ff. de pact. Iaſ. in l. 1. num. 14. C. de ſeruis fugit. Menochius in 1. recuperan. poſſ. remed. num. 59. Chaſſan. in Conſuet. Burgun. & in conſil. 58. num. 8. Curt. Sen. conſ. 41. per totum. Petr. Rauen. in Alphab. ver. Collegium, ad fin. Soarez litera, famulus, num. 50.* & in hoc eſt reſolutio: quòd ſi fecit domino conſcio, tenetur dominus: aliàs eo inſcio non tenetur. Diſtingue tamen, *vt per Doctores iam memoratos, & infrà dicetur.*

Quæſtio LXIV.

1 *Dominus de ſeruorum exceſſu quando teneatur.*
2 *Meretrix an cogi poſſit.*

QVid ſi quis potens vir mandauit ſuis ſeruitoribus, vt raperent quandam meretricem, & ea rapta contra eius voluntatem, fornicationem cum ea fecerunt omnes:
1 An † dominus mandans ob id teneatur? Reſpond. Afflict. *ſuper conſtit. de violentia mere-*

meretricibus illata, num. 9. quòd ſic, pœna tamen extraordinaria, *l. 1. ff. de extraord. crim. vide Couar. Variarum lectio. libr. 3. cap. 14. num. 2. & Boſſi. in pract. crimi. tit. de pluribus violen. nu. 78. Cotta rerum memorab. ver. meretrix.* Sed quid ſi meretrix † eſſet in lupanari: an poſſet cogi ad ve- 2 nerem? Reſpon. Dec. *in l. inuitus, num. 9. ff. de reg. iur.* quòd poſſet. *Paris de Puteo in tract. Syndica. §. adulterum, par. 1. num. 3. pag. 86. tomo 14.* Sed Purpuratus contrà, *de quo D. m. Alcia. in l. rogaſti, num. 5. ff. ſi cert. pet.* quia nemo inuitus malè facere cogitur. Et ne ſcandala & rumores veniant in populo. Et ſubditi ſunt compeſcẽdi, ne faciant rumores, *l. 1. §. quies, ff. de offic. præfect. vrbis, fuſius Paris de Puteo in tract. de re militari, in §. an ſi duo, tomo 5. vide Scodobium in Authen. habita, ſuper. ver. peregrinantur. C. ne filius pro patre. & in Parerg. litera A, ibi.* Nam accepta condigna mercede ſunt meretrices ad venerem alliciendæ, *argum. l. idem & ſi. §. ſed & quòd, ff. de condit. ob turpem cauſ.* nec ſunt rapiendæ.

Quæſtio LXV.

1 *Voluntate domini quando videatur ſeruus delinquere.*

2 *Præſumitur quis ſcire, quæ domi ſuæ geruntur.*

3 *Hoſpes quando ob furtum famuli teneatur.*

NVnquid famulus præſumatur tale quid agere in domo domini † de voluntate ipſi- 1 us? Reſpõd. D. m. Alciat. *in conſi. 13. nu. 17. lib. 2.* quòd ſic: quod conſilium in cauſa propria fecit. allegat illud Gellij:

Aedibus in noſtris quæ recta, aut praua geruntur.
Præſumitur enim † quilibet ſcire, quæ domi
2 ſuæ geruntur. *Iuxta l. de tutela. C. de in integ. reſtit. minor. l. 1. ff. de ijs, qui deiecerunt, vel effud.* Licèt prouerbialiter dicatur: quòd dominus damna ſuæ domus ſciat vltimus. Secundùm Iuuenal. *de quo Præpoſi. in c. ſignificaſti, numer. 1. in 1. no. de diuort.* iuxta & illud Poeticum:

Dedecus ille domus ſciet vltimus.

Vt not. Modern. in l. vnica. C. de rap. virgin. Pariſ. conſil. 64. num. 20. in 3. vol. Nullus tamen debet ſe negligenti committere, aliàs dicitur in culpa. *Inſt. quib. mod. tolli. obl. §. pen. & §. fi. Inſt. de ſociet. in fin. Zaſ. conſi. 15. in 1. part. poſt Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, nume. 10. quæſt. 10. ff. de noui operis nunc allegat c. conſtitutis, de teſtibus. Abbas in c. eſtote, de reg. iur. c. cùm non ab homine, de vita & honeſta. cleric. & l. quoties, ff. de verbo. oblig. & conſil. 74. num. 6. inter conſil. crimin. Firma. in Repert. ver. familiaris. Bartol. in l. 1. §. familiæ. ff. de vi & vi arma. Anchar. in c. cùm ad ſedem, colum. vlti. de reſtit. ſpoliat. verſic. quintò oppono.* Et ſi famulus hoſpitis † bona opinio-
3 ne æſtimatus, facit furtum in hoſpitio, tenetur hoſpes omninò. *Caballin. in tract. de eo quod intereſt, num. 190. vbi ponit rationem.* Similiter nauta, ſi recipit cuſtodiam rei, vel pretium, quia tũc tenetur etiã de periculo rei. *Iaſ. in addit. ad Port. Inſt. de mãdato, col. pen.* An mãdatarius? Soarez *in eius Theſauro Cõmunium opin. verſic. periculum.*

Quæ-

Quæſtio LXVI.

1 *Seruus tenetur dominum omnimodò defendere. fallit in conductitio, num. 2.*

AN famulus debet adiuuare dominum armis & clamore, & † quocunque modo, etiam cum ſui corporis periculo? Reſpon. quòd ſic. *Ang. de Aret. in maleſic. verſic. & dictus Titius, nume. 34. allegat l. 1. §. eodem autem lecto. ff. ad Sylla. & l. cùm dominus, eod. Et ita tenet Floria in l. ſcientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil.* Et tunc laudabilis eſt fides ſerui vindicantis necem domini ſui. *vt not. Caſtr. in l. 1. per illum tex. C. de precib. Imper. offer.* Aliàs punitur morte. *l. fin. C. de ijs, quibus vt indign. l. 1. ff. ad Sylla.* Seruus † tamen conductitius non tenetur defendere, ſi non vult. *Bal. in l. 1. C. vnde vi. Placa Epito. delicto. cap. 22. num. 17.* Si tamen patronum defendit, à delicti pœna eſt immunis, *vt ibi.* 1 2

Quæſtio LXVII.

1 *Dominus tenetur ſeruum defendere.*
2 *Conſanguinei inuicem defendere debent.*
3 *Defenſio eſt virtutis: nec vllo modo tolli debet. num. 5.*
4 *Iudex debet perquirere defenſiones reorum.*

SEd quid è conuerſo: An dominus tenetur defendere ſeruum ſuum? Reſpond. quòd ſic. Etiam ſi † ſit conductus famulus. *Iodoc. Damhoud. in pract. crimin. tit. de neceſſa. defen. numer. 36. & inter conſil. crimin. conſil. 69. numer. 22. & eſt tex. in l. hoc accuſare. §. ſi ſeruus. ff. de accuſ.* 1

Digitized by Google

Petr. Placa Epito. delicto. cap. 28. num. 28. verſic. cæterum, pag. 187. Etiam occidendo aliquem in eius domo; vt defenderet famulũ. *Alexan. poſt Bald. in conſil. 140. nu. 7. in 2. volum.* expedit enim domino familiares defendere & gubernare. Aliàs diceretur infidelis, *vt dicit Apoſt. ad Timoth. cap. 5.* Siquidem ille, qui ſuorum, maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & infideli eſt deterior. *c. tranſlatiuè. 29. diſt c. neceſſe. Afflict. ſuper conſtit. de defenſis, num. 15. Aluar. inter conſ. crim. conſil. 74. num. 45.*
2 *in 1. vol.* Idem † debent facere conſanguinei. Nã præſumuntur conſanguinei & affines non omiſſuri defenſionem conſanguinei ſui. *l. hæc autem. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. D. m. Alcia. in tract præſump. reg. 1. præſumpt. 22.* Et ciuis ciui opem debet, vnde Cic. *Qui ſocium non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut amicos deſerat. Montan. in regu. culpa caret. ff. de reg. iur. vbi fuſius.* Et natura docet, vt quiſque ſe, & ſua defendat. *l. vt vim. vbi tex. & ibi Doct. ff. de iuſt. & iur. & c. per ambitiones. 64. diſt. vbi gloſſ. ponit carmina:*

Cuilibet eſt homini licitum ſua iura tueri:
Quodq; reſiſto tibi: non potes inde queri.

Zaſ. conſil. 50. in 2. part. pag. 207. Propertius:

Non ſolùm Taurus ferit vncis cornibus hoſtem:
Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ouis.

3 Nam eſt virtutis † ſe defendere. *c. non inferẽda. 23. q. 3.* Nam defenſio, etiam in iudicio, vnicui-

nicuique non eſt deneganda, etiam Diabolo. *c.cùm inter, de excep. Bar. in diſputatione Virginis contra Diabolum. Rota deciſ. 200. in nouis. & 364. c. cum ſpeciali, de appell. Marſil. ſing. 388. Zannetinus in d. l. vt vim.* De fauoribus autem defenſionis in cauſa reorum, Boſſius *titulo ipſo. Cagnol. in l. non videtur defendere. ff. de reg. iur. Vaſquius de ſucceßio. §. 1. num. 2. in prin.* & defenſio aliquo pacto tolli non poteſt *Luc. de Pen. in l. facultas. C. de iure fiſci, lib. 10. Neuiza. in ſylua, libr. 4. num. 95.* vbi allegat Carmen:

Optima nam nullo cauſa tuente perit.

Et Iudex † debet ex officio, & nemine petente, quærere defenſionem rei. *Brunus inter conſil. feudal. conſil. 69 num. 2. & iſta eſt communis opinio. Secundùm Brunum ibi.* Et propter defenſionem licitum etiam eſt occidere Cardinalem. *Ioan. And. in c. fin. verſ. percuſſerit, de pœnis. Ange. & Iaſ. in d. l. vt vim. Gratus Reſpon. 114. in 2.* Item licitum eſt ſe defendendo occidere ſtultum & furioſum. *Marſil. ſing. 375.* Et ideò non valet pactum, † ne quis ſe defendat, in quæſtione criminis, vel ſtatus. *l. 3. & ſeq. ff. de libera. cau. Luc. de Pen. in l. exempto, in fin. C. de decurio. lib. 10.* Et nemo prohibetur pluribus defenſionibus vti. *c. nullus, de regu. iur. in 6.* & quilibet etiam debet perquirere defenſiones pro reis. *Bart. in l. abſentem ff. de pœnis.* apud Gellium: cùm quidam Aſius reprehenderetur, quòd hominem improbum in iudicio defen-

4

5

defenderet? Reſpondit, nemo bonus huiuſmodi patrocinio indiget. Licèt Collegium dominorum Doctorum Bononiæ reprehenſum fuiſſet, quando ſupplicabat pro D. Ricardo Malumbra, qui erat condemnatus de hæreſi, *vt per Bal. in l. quicunq. C. de epiſ. & cler. Vide alia per Placam in Epitom. delict. cap. 28. & per Doct. in d. l. vt vim. quia ſatis eſt digito monſtraſſe fontem.*

Quæſtio LXVIII.

1 Seruus commoda domini promouere debet.

1 AN ſeruus debet eſſe ſolicitus de † commodo patroni, contra quoſcunque, etiam contra ſeipſum? Reſpon. Bal. quòd ſic, *in conſ. 445. num. 1. in 1. vol. allegat l. frater à fratre. §. potiùs. ff. de condit. indeb. & Speculat. vt per eum.*

Quæſtio LXIX.

1 Reuelare delictum domini ſeruus non debet.

2 Mentiri pro ſaluanda vita an liceat.

1 AN ſeruus, vel famulus teneatur † reuelare delictum domini ſui, quando eſt requiſitus per obedientiam ſuperioris? Reſpon. quòd non: Si criminaliter vult procedere ſuperior, *vt 4. q. 3. c. lege. Iulia. 2.* quod intellige, quando nullum malum ex hoc immineret. Aliàs ſecùs, quia non teneor cũ malo meo facere bonum proximi temporale. *Summa Angelica ver. familia. Fran. Mar. deciſ. 12. libr. 2. & 772. eod. lib. & deciſ. ſeq. vide D. Rolan.*
2 *à Valle, conſ. 88. per totum, lib. 2.* An autem † liceat

mentiri

Digitized by Google

mentiri pro ſaluanda vita propria, vel alterius? *Fran. Mar deciſ. 770. libr. 2.* facit, quod dicitur de Seraphico diuo Franciſco qui immiſit digitum in manica, nolens occiſorem reuelare.

Quæſtio LXX.

1 *Pœna ſerui inſidiantis vitæ domini.*

SEruus inſidiatus † mortem patroni, qua pœna puniatur? Reſpond. Pœna mortis, 1
& comburi debet. *l. capitalium. §. igitur. ff. de pœnis. Monteleo. in pract. crimin. part. 4. numer. 122.*

Quæſtio LXXI.

1 *Obligatio non contrahitur vltrà, quàm mandatū eſt.*

MItto famulum, qui vt miniſter certa verba obligatoria pro medicat, † & 1
dicit vltrà, quàm ſibi commiſi, erone obligatus? Reſpond. quòd non. *Bellame. deciſ. 556.*

Quæſtio LXXII.

1 *Seruo non creditur de commiſſione domini.*

2 *Credulus quis eſſe non debet.*

NVnquid ſeruitori † credatur, ſi non apparet de commiſſione domini? Reſpon. quòd non. Etiamſi eſſet Iudicis 1
ſeruitor. *Signor. conſ. 57. nu. 5. allegat l. 1. C. de decurio. & l. diuus ff. de cuſtod. reor. & quod not. Cyn. in l. ea quidem. C. de accuſat.* Nam ſeruitori ex parte domini aliquid nuntianti non facilè eſt credendum. *Boer. deciſ. 282. nu 4. Gerard. ſingu-*

Digitized by Google

gu.87. nemo enim debet eſſe † credulus. *l. fin. in*
2 *prin. C. de accuſ. l. 1. de eo, per quem fact. fuit. l. 4. §. ſi accepi. ff. de in rem verſo.* Sic quidam leui ſunt corde, qui facilè credunt, *vt inquit Ariſtotel. vide Gome. in regu. Cancellar. de valore exprimendo in impetratione benefic. q. 10.*

Quæſtio LXXIII.

1 *Famulo alicuius rem reddendam tradens non excuſatur.*
2 *Aſſertioni alicuius non eſt ſemper credendum.*
3 *Credens ſuo famulo quando excuſetur.*
4 *Mulieri minùs creditur, quàm maſculo.*
5 *Mittens alicui rem per alium, quando excuſetur.*

SCribo tibi literas, quòd tu mittas mihi librum, vel aliam rem; tu autem librum,
1 vel rem tradis † famulo, qui portat literas, & ille aufugit: An ideò liberaberis? *Marſil ſing. 430.* quòd non. Etiam ſi ipſe ſeruus hoc tibi dixiſſet, quòd eſſem contentus, quòd talē librum ſibi traderes. *Abb. in c. ſignif. nu. 8. de pignor. Firma. in Reperto. & D. m. Alcia. in cōſ. 133. nu. 11. in 5. vol.* vbi inducit *l. ſi mei cauſa. §. fin. ff. cōmod.* vbi ſi ego miſero ad te ſeruum, cauſa te admonendi, vt mihi rem commodatam reſtitueres, & tu illi ſeruo tradidiſti, qui aufugit, periculum eſt tuum, quia non debuiſti ei credere, cùm ego ad te miſi eum cauſa admonendi, non autem accipiendi dictam rem. *Et iſta eſt communis opinio Soarez in eius Theſauro, ver. litera, numer. 177.* Vide tamen Straccham in *tractat. de adiecto, in 3. par. num. 20.* Vbi hoc limi-

Digitized by Google

limitat:Si ſeruus eſſet probus, & conſueuiſſet eſſe probus & diligens,quia tunc liberaretur, *Pariſi.conſ.156.num. 25. & 26. in 4.vol. Ioan. de Amic.conſil.41.ad fi.ver.*Et iſtam pulchram doctrinam,quòd famulis non credatur, tradit Bart.*quem omnes ſequuntur vbique in l. deferre. §.item decreuerunt.ff. de iure fiſc. Plot. inter conſil.crim.conſil.3. num.9. & ſeq. Ant. Gome. in tract.de commodato, & depoſito, col. fin.fol. 214.*Nam† aſſertioni alicuius non eſt ſemper credendum. *Fuſius per Tyraq. de pœnis temperan.cauſa 51.num.26. Troylus Maluitius in tract.de Canoniza.Sanctorum,in vlt. dubio. eſt tex.in c.ſicut.vbi Bald.C.de fide inſtr. & gloſ.in c. cupientes,poſt princ. de elect. in 6.gloſ. in l.1.ff. de eo,per quem fact.erit.§.1. l. fin. in prin. C. de accuſ.l.3.§.ſed ſi ſic.ff.de in rem ver. Dec. conſ. 487.num.12.& canit Naſo:* 2

Credulitas damno ſemper ſolet eſſe puellis.

Et Cato:

Nam miranda canunt,ſed non credenda Poetæ.

Credulitas itaque(vt inquit Cicero ad Plancum) error eſt magis,quàm culpa, & quidem in optimi cuiuſque mentem facillimè irrepit.Quando autem ſit credendum alicui? ponit Tyraq.*vbi ſupr.vide Lapum allega:126. Felin. in c. cùm contingat,de reſcrip.vbi fuſiſsimè. Zaſ. conſil.1.num.2.Alex.in d.l.1.ff. de eo,per quem fac. eſt.vbi fuſiſsimè.* Et ait Cæſar *in commentarijs, de bello ciuili,libro2.* Nam quæ volumus, & credimus libenter, & quæ ſentimus ipſi, reli-

reliquos ſentire ſperamus. Hinc Caſſiodorus *in 3. epiſtola:* illi credere debetis, quem veſtris vtilitatibus arridere cognoſcitis: quod dictum placet Principibus: *ſecundùm Fel. in d. c. cùm contingat, ad fin.* vbi etiam allegat illud Ariſtotelis *in 2. Rheto.* Iuuenes (inquit) facilè credunt, eò quòd in multis nondum decepti ſunt. *vide omninò Tyraquell. de legib. connubialib. in 9. l. ſub num. 137. & ſeq.* Excuſatur tamen ille, qui eſt facilis ad credendum, delicto committendo vt obuietur, *gloſſ. in c. hoc videtur. 22. q. 5. Barbat. conſ. 64. num. 11. in 1. vol.*
3 Item etiam excuſatur,† qui credit ſuo procuratori, vel ſeruo de eo, quod illi commiſerat. *Caſt. poſt Bar. in l. quòd vulg. ff. pro empto.* Et contra ſimulationem, vide per Damaſum, *Brocardo iſto, num. 85.* & leges minùs credunt
4 mulieri,† quã maſculo *l. 1. §. ſexũ. ff. de poſtulã. Alexand. conſil. 24. num. 39. in 2.* Nec eſt credendum Zuntatoribus, quia vadunt per diuerſas mundi partes, fingendo aliquam fraudem. qui debent puniri acriùs, quàm fures. *Marſil. ſingul. 318.* Nec eſt credendum ijs, qui nuntiant aliquod triſte, vt alium diſtrahant à iudicio, & tenentur pœna de qua *in d. l. 1. ff. de, eo per quem fact. eſt. ad intereſſe. vide Riminal. conſil. 569. in 3. vol.* Propertius:

Sed vobis facilè eſt verba & cõponere fraudes,
Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus.

Vide Rhodig. lib. 8. cap. 14. Neuiza in Sylua. Tyraq. de legib. connubialib. Si quis tamen mittit

tit † rem per aliquem inopem, qui erat bonus 5
& legalis, excuſatur: ſecùs, ſi malus. *Barto. in l. ſi ſuſpectum. ff. de ſuſpect. tuto. Firma. ver ſi. debitor ſoluens pro famulo. Gomez vbi ſuprà, numer. 3. & hæc ſatis.*

Quæſtio LXXIV.

1 Teſtis eſſe de ſuo facto famulus non poteſt.

FAmulus reportat à me librum ad te, † po- 1
teſtne de hoc eſſe teſtis? Reſpond. Barto. quòd non. *l. deferre. §. ijdem decreuerunt. ff. de iur. fiſ.*

Quæſtio LXXV.

1 Teſtis pro domino quando ſeruus eſſe poſsit: in criminalibus, num. 2. in ſyndicatu, num. 3. in inſtrumento, num. 4.

5 In matrimonio clandeſtino an ſint famulæ teſtes idoneæ.

6 Nobilium famuli pro dominis teſtes eſſe poſſunt.

AN ſeruus poteſt eſſe † teſtis pro domi- 1
no? Reſp. quòd ſic, ſi ſit honeſta perſona. *deciſ. Tholo. 4.* & etiam cõtra Dominum. *ibi. Marſil. ſingu. 5. Bal. conſ. 222. in 1. Tyraqu. de pœnis temper. cauſa 51. nu 58.* Præſertim ſi nõ habet ſalarium, *vt ibi per Marſil. Ioan. Fab. Inſtit. de teſtam. § in teſtibus, nu 3.* Admittitur etiam pro domino propter difficultatem probationis, & ſubiectam materiam; quando ipſi domino clam furto ſunt ſubtracta bona. *Pariſ. conſil. 74 num. 22. libr. 1. Curtius in ſuo coniecturalium iuris, cap. 19. lib. 2.* & licèt famulus ſit vilis perſona, admittitur tamen cõtra valdè diffa-

matum. *Alban. in conſil. 71. numer. 9.* admittitur etiam pro domino, quando tempore iuramẽti & teſtificatus non eſt famulus, *Dom. Roland. à Valle conſil. 41. num. 25. in 1. volum.* admittitur etiam, ſi eſt tutoris famulus, in cauſa pupilli. *Bal. conſil. 444. num. 4. in 1. par.* admittitur etiã famulus Principis in teſtem pro ipſo Principe, nec poteſt repelli, ſi eſt teſtificatus, propter familiaritatem: no. *Innoc. in c. literis, de teſtib. Bal. & Salic. in l. 2. C. de teſtib. Crot. in conſ.*
2 *122. num. 17.* admittitur etiam in cauſa† criminali, pro Epiſcopo eius domino. Amplia & limita, *vt per Firma. in ver. famulus.* Admittitur
3 etiam famulus in teſtem pro domino† in ſyndicatu, ſi cauſa non tangat ipſum famulum, & ſit probatæ vitæ. *Iaffredus deciſ. 387.* Et contra etiam dominum. *Franc. Mar. deciſ. Delph. q. 917. num. 6. lib. 2. & Paris de Puteo in tractat. ſyndica. ver. probatio. D. m. Cæphalus in conſil. 171. num. 51.* Item admittitur famulus & famula in teſtem pro domino, tempore peſtis: ſi ſit honeſta, & omni exceptione maior. *Corne. in conſil. 170. volum. 3. Barba. conſ. 58. col. 8. vol. 1. Crot. in conſil. 131.* Et licèt teſtis non ſit omni exceptione maior ipſe famulus. *Alexand. in conſil. 18. in 1. D. m. Alcia. in conſil. 68. lib. 8. Roland. à Valle in conſil. 41. numer. 25. Aemilia. conſil. 76. numer. 4. Pariſ. conſil. 67. numer. 85. in 3. volum.* Præſertim ſi diutiſſimè manſit in famulitio domini, & cũ bona gratia etiam ex eodem famulitio diſceſſit, cùm maneant quædam reliquiæ dominicæ.

Digitized by Google

nicæ. Hoc tamen totum iudicis arbitrio relinquitur. *Tyraquell. Ceſſante cauſa, in 1. part. nu. 103. vbi & alia. Alberi. de Maletis in tractat. de teſtibus, cap. 2. num. 35. Vide Nouellum regul. 216. numer. 9. & ſeq. & num. 82. Steph. Aufre. in tract. de teſtib. numer. 34. vbi fuſiùs. & in verſic. famulus, numer. 43. & Lanfranc. in tractat. de teſtib. ver. teſtes, num. 63. Anto. Gome. in tract. de delict. cap. 10. numer. 15. fol. 411.* Secùs, atque ſi per paucos dies vel menſes diſceſſiſſet, dummodò tempore teſtificationis non ſit ampliùs famulus. *Zaſ. in conſil. 3. in 2. part. pag. 83. vide Ange. Aret. in §. pater, Inſtit. de teſtam. num. 5. Crot. in conſil.* 4 *131. num. 57.* Admittitur etiam in teſtem famulus pro domino, † quando eſt teſtis rogatus in inſtrumento vel teſtamento: etiam contra dominum. *Capol. cautela 219.* Non autem famuli Bariſelli admittuntur in teſtes pro Bariſello. *Marſil. conſ. 103. nu. 47. lib. 2.* Nec Beroarij pro Poteſtate in Syndicatu non admittuntur in teſtes, *vt probat Moncada in Addit. ad Crottum in tract. de teſtib. par. 4. nu. 131.* Item famulus & Pediſſequa † nō ſunt teſtes idonei pro matrimonio clandeſtino. *Ferretus conſil. 196. in 1. volum. Alexand. de Neuo in conſil. 1. nu. 2.* Parte tamen nō opponente, eſt idonea Pediſſequa: Iudex verò poteſt eam repellere. *Alex. Neuius in conſil. 6.* In his, quæ non poſſunt probari, niſi per domeſticos, admittuntur famuli & ancillæ in teſtes. *Idem Alex. de Neuo in conſil. 4. num. 15. Campeg. fuſiſſimè in tractat. de teſtibus, regul. 11.* 5

cum ſeq. Crot. de teſtibus, par. 3. num. 124 & par. 4. num. 21. & ſeq. vbi Moncada. Et famuli Scholaſticorum, Cerdonum, & ſimil. non admittuntur in teſtes, quia ſunt perſonæ viles. vide tamen ibi, quando habent, vel non habent ſalarium. *Afflict. ſuper conſtitut. lib. 3. Rubr. 53. de Aleatoribus, num. 18.* vbi etiam, quando in factis domeſticis familiares teſtari poſſint? *Franc. Mar. deciſ. Delph. q. 91. & ſeq. lib. 2.* Famuli autem
6 Epiſcoporum & nobilium † dominorum ſunt pro eis teſtes fide digni, quia præſumitur pro patronis, quòd non teneant, niſi familiares diſcretos, & bonæ opinionis, licèt quandoq; habeant ſuſpectos, & malæ opinionis. *Pet. Rauen. in Alphabeto aureo, fol. 179. col. 3. in prin.* Teſtis vtique famulus, qui repelleretur, poſſet admitti de conſenſu patris. *Firma. in repert. ver. teſtes, qui eſſe poſſunt?* & an familiaris ſit teſtis idoneus? plura Anto. Gabriel. *Communium cōcluſ. tit. de teſtib. concluſ. 10. vbi ponit ampliat. & limitat.*

Quæſtio LXXVI.

1 Iudex an in cauſa famuli ſui poßit iudicare.

1 AN Iudex poteſt iudicare in † cauſa ſui famuli? Reſpon. Nouellus *reg. 32.* quòd ſic Limita, *vt ibi.* vide Franc. Mar. *deciſ. Delph. quæſt. 437.* vbi dicit hoc verum, quando deliquit in officio. Nec eſt locus appellationi. *Clar. in q. 35. verſic. ſolet etiam quandoque.*

Quæ-

Quæſtio LXXVII.

1 Officialis contra eos, qui famulos ſuos iniurijs afficiunt, inquirere poteſt.

POteſtne Officialis formare inquiſitionem contra † iniuriantes eius famulos? 1 Reſpond. Barto. quòd ſic: ſi notoriè ſit affecta iniuria. *Bartol. in l. ſi quis fortè. §. 1. ff. de pœnis. vide omninò D. Roland. à Valle in conſil. 48. in 2. volum.*

Quæſtio LXXVIII.

1 De homicidio quando dominus non teneatur.

FAmulus conductus defendendo dominũ eius, † occidit inimicum: An teneatur 1 de occiſo? Reſpond. Blancus *in pract. crimin. in §. iuris permiſſione, num. 36. pag. 116.* non teneri.

Quæſtio LXXIX.

1 Seruo an ſit dandum ſalarium non promiſſum.
2 Pauper non præſumitur voluiſſe operari gratis.
3 Merces quando debeatur famulo, num. 6.
4 Scholaſticorum famuli ſeruiunt ſaltem pro alimentis.
5. Salarium quando amittat famulus.
7 Veſtimenta quo iure habeant famuli.
8 Conſuetudo in famulis, & expenſis ſeruanda.

QVid ſi ſeruus ſimpliciter moratur in domo alicuius: An debeat habere ſalarium, † quando nõ eſt ſibi promiſſum? 1 Reſpon. Caſt. *in conſ. 346. in 2. in nouis. Petr. Rebuff. in tract. de Priuilegijs ſchol. priuileg. 163. & ſeq.*

ſeq.Firma.in Repert.Bald.conſil.155.in 6.part. Nã inſpicitur primò, quid eſt actum inter partes. Et ſi non adparet, debet inſpici qualitas perſonarum, cuius ſcilicet induſtriæ, cuius peritiæ ſit ille, qui miniſterium præſtat. Et debet conſiderari, ſi ſit homo pauper, qui non habet
2 vnde viuat, niſi de ſuo labore, quia † non eſt veriſimile, quòd voluerit operari gratis.*l. 1.ff.de varijs & extraordin.cognit.Ita dicit Pet.de Vbald.in tract.de duobus fratrib.circa 6.par. in fin. tomo 8.vide Alex.conſil.109.in 6.volum.* & debet omninò merces tribui famulo, iuxta illud Dominicum: Dignus eſt mercenarius mercede ſua, & qui fraudat aliquem mercede ſua, ſanguinem effundit.*c.immolans.24.quæſtio.5. Chaſſanæ.in Catalogo gloriæ Mundi, in 3.par.conſiderat.1.numer.8.verſic.condeſcendo.Tyraquell.in l. ſi vnquam, verſi.facultatem.C.de reuocan. donat. Neuiza.in ſylua, fol.9.* Summa Angelica, *ver.*
3 *famulus.* vbi dicit, † quòd ſi ſeruus conſueuit locare operas, & dominus conducere operas miniſtrorum, tenetur dominus ſoluere vſque ad ſummam, qua alius fuiſſet conducturus. *argum.l.ſi non ſortem.§.libertus, ff.de condi. inde. Archid.1.quæſt.1.ſunt.Natta in conſ.376. in 2. volum.* Quid ſi fuit conductus ſub mercede taxanda arbitrio domini? Reſpond. quòd tunc iudicio boni viri taxabitur. *Summa Angelica, ver.arbiter.§.10.Firma.ver.famulus recedens à domino.* Et not. quòd ſeruus poteſt facere compelli dominum ad ſe induendum, ſi hoc non face-

faceret. Et hoc eſt de iure naturali, quia quis tenetur alere illum, cuius opera alitur. Et alimenta & veſtitus debent præſtari ſeruitoribus & miniſtris ſecundùm ordinem & dignitatem ipſorum, & plus ſumpturus eſt domicellus, quàm ragacinus. *Ange. in l. ſed & quid, in prin. ff. de vſufr*. Et dic, quòd licèt ſeruitor, ſeu famulus à ſuo domino ſimpliciter debeat veſtiri: tamen ſi ex pacto ſeruiat pro alimẽtis tãtũ, prout faciũt Scholaſticorũ † ſeruitores, 4 eo recedẽte, tenebitur ſeruitor reſtituere veſtimẽta ſibi facta. *Bermon. in tracta. de publicis cõcubinarijs, nu. 32. fol. 325*. Aliàs ſecùs, ſi non adſit pactum. *Caſt. in l. peculium. ff. de pecul.* quod intelligit Caſt. ſi ſunt veſtes quotidianę, ſecùs ſi ad ornatum. Idem *Caſt. in l. id veſtimentum, eod. tit.* Et inquit *Bal. in l. in his rebus §. ſeruus. ff. ſolut. matr. col. 2.* quòd ſi famulus, vel famula recedit infra annum à domino, & non reddit veſtimenta trita, prout extant, dominus poteſt retinere de ſalario, quanti eſt illud pretiũ veſtimẽtorũ, *per illũ text.* Vide Pet. Rebuf. *vbi ſuprà*, qui dicit, quòd ſi famuli diſcedunt à domino, & eum relinquunt culpa ſua, † mercedem futuram amittunt. *Vide Bal.* 5 *in l. 2. num. 2. colum. 1. verſ. Sed ſi quis promittit. C. loca. & in l. ædem. num. 8. in princ. eod. titu. & Doct. in l. pen. ff. ſolu. matrim. & in l. diuerſitatis. C. de poſtlimi. reue. & Iulium Ferre. de militari iuſtitia. numer. 13.* Vbi dicit, quòd in actis, in quibus conſideratur intereſſe pecunia-

rium,& nobis damnũ non ſit,neque intereſſe, vt in famulis militum, & ciuium,diſcedenti-
6 bus,ſoluitur † pro rata temporis ſalarium: ſed ſi tantũ damnũ patiuntur milites, vel ciues ex eorũ receſſu,quantum commodum habuerunt ex ſeruitio & acceſſu, non tenentur, propter compenſationem hinc inde. Et not. quòd ſi famulus ſit malus & fraudator,poterit expelli ante tempus,& perdit ſalarium totius temporis.*Rebuffus vbi ſuprà num. 12.* Et poterit dominus propria auctoritate ſpoliare eius famulum veſtimentis *Bald.d.§.ſeruus.* quia
7 iſtas veſtes † famuli non habent in proprietate, ſed habent ſolummodo in vſufructu,& intelliguntur precariò vel ſub commodato à domino habere. Et ideò licitum eſt domino ſua auctoritate ſibi ius dicere. *l.ſi ſeruus.C.quòd cum eo.* Nam tenet iſte famulus iſta veſtimenta,ſicut aſinus ſellam. Iuxta illud Virgilij,*Sic vos non vobis vellera fertis oues.l.veſtimentum.ff.de peculio.*Quod intellige verum, niſi veſtes eſſent traditæ famulo ęſtimatę,quia tunc tranſit dominium in famulum & poſſeſsio,nec habet tunc dominus ius in veſtibus, ſed in precio. quanti autem precij eſſe debeant famuli veſtes; ponit Barto. *in l.fortiſſimis. C. de milita.veſte.*
8 *lib.12.*Et not. quòd etiam in famulis,†& ſumptu familiæ eſt ſeruanda conſuetudo, *vt inquit Bar.in l.ſuper creandis.C. de iure fiſci. libr.10.*Regulariter autem eum,cuius opera vtimur, ali-

menta-

mentare, veſtireque tenemur. *Roma. conſ. 440. n. 2.* & potiſſimùm, vt eſt dictum, eſt ſolitus locare operas ſuas pro famulo, quia conſequi debet & veſtimenta, & ſalarium, licèt nõ cõuẽtũ. *Frederi. de Senis in conſil. 218. & Petr. Moncada in addi. ad Crotum. in tract. de teſtib. part. 4. nu. 139. & nu. 161. Et vide Capram regu. 88. nu. 46.* Et ſi ſerui ſunt pares in conditione & dignitate, omnibus viriliter debent prꝯſtari alimẽta: ſecùs, ſi diſpares: & non inſpicitur, quòd vnus comedat & bibat plus, quàm alter. *Firma. verſ. alimenta miniſtris.*

Quæſtio LXXX.

1 Merces eadem finito anno videtur repromiſſa.

CONduxi famulum pro † decem, & finito anno, eundem reconduxi, non facta mentione ſalarij. Quid iuris? Reſpon. quòd intelligitur reconductus famulus eodem precio, quo antè. *Bald. in l. cum quidam. ad fin. C. de iure do. per l. qui ad certum. ff. loca. Cremen. ſingul. 13. Viuius fuſiſsimè in ſuo communium opin. verſ. Officialis in 1. par. Scribentes in l. diem functo. ff. de officio adſeſſo. Roland. à Valle in tractat. de Lucro dotis. q. 75. num. 5.* 1

Quæſtio LXXXI.

1 Iurans ſe ſeruiturum per annum, tenetur ſeruare.

QVid ſi ſeruus, vel † famulus iuret ſeruire per annum: An aſtringatur ſeruire per tale iuramentum? Reſpon. quòd ſic. *Alberi. in l. ſi quis pro eod. ff. de fideiuſſo. in princip.* quod 1

 probat

probat per illã l.& alias. Quod procedit, quod fuit liberum iuramentum: ſecùs, ſi extortum. *Gallus in conſil.14.num.10.*

Quæſtio LXXXII.

1 Anni totius mercedem, domino interim mortuo, an ſeruus conſequatur.

1 DOminus habet famulum per † annum cõductum, & moritur ipſe dominus infra annum: An ſeruus conſequetur totius temporis ſalarium? Reſpon. Deci. & alij *in l. diem functo. ff. de offic. Adſeſſo.* quòd ſic: ſi alteri eius ſeruitium non locauit.

Quæſtio LXXXIII.

1 Officia ſerui in quo conſiſtant.
2 Feſtis diebus an teneatur famulus operari.

1 SEruus vſque † ad annum locauit operas ſuas: Ad quæ tenetur ipſe ſeruus? Reſpon. Tenetur ſingulis diebus laborare, & continuè, ſecundùm morem famulorum *Lucas de Penna in l.1.C.de Agrico.lib.11.* & conſueta obſequia, & miniſterium ſeruile & non ſeruile, ſecundùm qualitatem ſerui facere tantùm. & exercere tenetur. *Iul. Ferre. in conſi.9.num.1.* Sed an
2 teneatur laborare etiam † diebus feſtiuis requiſitus à domino? Habetur de conſecra. diſt. 3. Rogationes, in gloſſ. vbi Archi. *Alberi. in rub. C. de ferijs.*

Quæſtio LXXXIV.

1 Operas ſoli domino, cui promiſit, præſtare ſeruus tenetur.

1 AN pactum eſt licitũ, quòd † famulus meus mi-

mihi ſoli operari debeat, durante tempore operarum, nec diuertere ſe ad contrariam operam, & mihi nociuam? Reſpon. Bald. *in coſ. 445. nu. 1. in 1. par.* quòd ſic. *allegat l. in operis, ff. loca. & Firma. in Reperto.*

Quæſtio LXXXV.

1 Operæ in perpetuum locari poſſunt.

2 Per Subſtitutum an poſſit quis ſeruire.

NNnquid ſeruus, & homo liber poteſt locare † operas ſuas in perpetuum? Reſpon. 1 quòd ſic. Et eſt communis opin. *Viuius communi opinione 162. in 2. par. Soarez in Theſauro litera, O, nu. 16.* Nam poteſt ſeruire etiam † per 2 ſubſtitutum, *Alberi. in l. hominis quoq;, ff. de vſufruct. lega. Firma. verſ. famulus, Ioan. Fab. Inſt. de iure perſona. §. ſeruitus, nu. §. vbi bene.* Niſi eſſet electa induſtria perſonæ, *l. inter artifices, vbi Docto. ff. de ſol. per illum tex.* Pactum autẽ, quòd teneatur tibi perpetuò ſeruire, eſt ipſo iure nullum, *gloſſ. not. vbi Bald. in l. poſt certi, C. de liberali cauſa. Petr. Rauen. in ſuo aureo alphabe. ver. Pax. col. 4. fol. 109.*

Quæſtio LXXXVI.

1 Delegari ſeruus an poſſit, vt alteri inſeruiat.

NVnquid † ſeruus cogi poteſt per patronũ 1 ſeruire alteri? Reſpon. Bartol. *in l. ſi non ſortem, §. ſi libertus, ff. de condi. indebi.* quòd ſic. *fuſius Duẽ. regu. 304.* Angel. *ibi num. 5. in d. §. ſi libertus.* Vbi, an famulus poſſit per dominum conducentem alteri delegari, vt eædem operę ſibi præſtentur? Et ita diſtinguit: Nam aut

ille

ille famulus eſt artifex: & poteſt. Aut eſt domicellus, qui eſt conductus, vt ſeruiat in mẽſa, vel aſſociet dominum per ciuitatem, vel exhibeat aliud miniſterium, concernens ſolùm perſonam conducentis: & tunc alteri nõ poteſt delegari. *Alex. ibi not. 10. & Caſt. qui limitat.* Niſi quando operanti afferret præiudicium, quia nullo caſu fieri poterit, eo inuito. *Vide omnino Petr. Rauen. in ſuo aureo alphab. verſ. Quadriennij, col. 3. circa princi. Firma. verſ. conductor famuli vbi bene.*

Quæſtio LXXXVII.

1 Pacto, ne alteri vendat, an conſtringi ſeruus poſſit.

1 AN teneat pactum cum famulo, deputato ad vendẽdũ † merces domini, quòd non poſſit vendere aliquas merces alteri ſub pœna? Reſpon. Bald. *conſil. 445. numer. 1. in 1. parte incipi. Titius locauit.*

Quæſtio LXXXVIII.

1 per interpoſitam perſonam non licet, quod per ſe non licet.

1 SEruus promiſit non vẽdere talem rem, vel quid ſimile: An poterit † per interpoſitam perſonam eas vendere? Reſpon. Bal. *conſi. 445. num. 3. lib. 1.* quòd nõ; quia veniret contra conuentionem. *l. fraus, ff. de legibus, l. hæres meus. §. quòd in fraudem, ff. de condi. & demonſt.*

Quæſtio LXXXIX.

1 Pater an ſit citandus, quando tenetur ſoluere pro filio.

Vbi

VBi pater, † vel magiſter tenetur ſoluere 1
condemnationem pro filio, vel famulo delinquente: An pater, vel magiſter eſt citādus? Reſpond. Iaffre. *deciſ.196.*

Quæſtio XC.

1 Pœna ſerui differtur, donec rationes reddiderit.

DAmnatus eſt ſeruus ratiocinijs domino obligatus: An† differatur eius pœna vſ- 1
que dum reddat rationem? Reſpon. quòd ſic. *in l.1. C.de bonis proſcriptorum. Tancredus de ordine iudiciario.tit.de execu.ſententiæ, pag.122. ad fin.*

Quæſtio XCI.

1 Militum famuli an ſint reſtituendi.

AN militū † famuli ſint, vt domini reſtitu-
endi? Reſpon. Dolanus *in ſuo de in integr. reſti.mino.cap.338.* 1

Quæſtio XCII.

1 Soluens vltra ſalarium, præſumitur donare.

QVid ſi famulo, † vel agenti negocia aliena,
ſoluitur ſalarium conuentum: An quicquid vltrà datur, cenſeatur donatum? Reſpō. Arius Pinelus *in l.1. C.de bon.mater.in verſicu. infertur 3.pag.320.* quòd ſic. quicquid enim vltrà datur, etiam ſi dignè ob fidelitatem, diligentiamve datur, cenſebitur iure ſimplicis, liberaliſque donationis, contra mentem omnium ferè ſcribentium. 1

Quæ-

Quæſtio XCIII.

1 *Furti conſcius tenetur ad reſtitutionem.*

1 QVæritur an famulus † furti conſcius, qui furto obuiare tenetur, in foro conſcientię teneatur ad reſtitutionem? Reſpon. teneri. *ex Domini. Soto. lib. 4. de iuſti. & iure quæſt. 7. artic. 3. quem refert & ſequitur Menochi. de arbit. iudic. caſu 355. num. 3. lib. 2.*

Quæſtio XCIV.

1 *Caſtigare ſeruum licet.*

1 AN liceat dominis † caſtigare ſuos ſeruos? Reſpon. quòd ſic, leuiter tamen & moderatè. *Menochius de arbitrio Iudicis. caſu 364. Bal. in l. Idem & ſi. §. quoniam, de vſufruct.* Si quis tamen immoderatè ſeruum furti ſuſpectum caſtigaret, punitur de exceſſu Iudicis arbitrio. *Alex. conſil. 75. lib. 3. Menoch. ibi. nu. 14.*

Quæſtio XCV.

1 *Officiales an teneantur pro ſeruis ſuis.*

1 AN officiales † teneantur pro eorum ſeruis viuis & mortuis? Reſpon Bart. *in l. 1. §. familiæ, ff. de publica. & per Doctor. in l. 1. C. de Aſſeſſo. & in l. quoties, ff. de Noxalib. Ferre. in tract. de Gabellis, num. 218.*

Quæſtio XCVI.

1 *Teſtes domeſtici an probent ſæuitiam viri.*

1 QVæritur, admittunturne teſtes familiares & domeſtici in probanda ſæuitia viri contra mulierem? Reſpon. d. Roland. à Valle. *in conſi. 27. in 3.*

Quæ-

Quæſtio XCVII.

1 Contumacia facit habere pro confeſſo.
2 Confeſsio ficta non attenditur in ſtatutis.

STatuto cauetur, quòd dominus teneatur ſoluere condemnationem pró famulo. Si famulus† fuit condemnatus per contuma- 1
ciam, quę facit eum haberi pro confeſſo & cõuicto ſecundùm formã Statuti, occaſione incẽdij: An dominus teneatur pro famulo? Reſpõ *prout in conſilio.20.inter conſ.crim.* quòd nõ, quia† eſt fictè confeſſus, & ficta confeſſio nõ 2
attẽditur in Statuto, niſi in eo fiat mentio, quòd etiam habeat locum ſuper ficto. *l.3.§. hæc verba.ff.de nego.geſt.ſequitur.d.Rolan.à Valle. in conſi.29 num.28.& ſeq.in 3.volum.*

Quæſtio XCVIII.

1 Mercatoris famulus an poſſit petere ſalarium.

NVnquid† ſalarium peti poſſit ab eo, qui cũ 1
aliquo mercatore pro famulo ſtetit? Reſpon. Petr. de Vbaldo *in tracta. de duobus fratribus.in 6.par.ſub nu.26.tom.8.*

Quæſtio XCIX.

1 Famulus artificio præpoſitus non habetur pro ſocio.
2 Famuli conductitij non ſunt idonei teſtes pro domino.

EGo conduxi operas alicuius† famuli pro 1
famulando: Et poſtea illum exerceo in factis meis in aliqua Apotheca: An poterit dicere ſe fuiſſe ſocium in arte, in qua per me præpoſitus fuit? Reſpon. quòd non. Sed debet habere

Digitized by Google

habere tantùm ſalarium conuentum. *l. qui operas. ff. loca. Riminal. conſil. 356. num. 14. in 3. volum.* Et ideò iſti famuli, & familiares Cerdonum, & ſimilium, ſolùm in Apothecis aſſiſtunt, & mercedem habere debent ſecundùm operas. *Alex. in Addi. ad Bar. in l. teſtium. in fin.*
2 *prin. ff. de teſtibus.* Et † ij non ſunt idonei teſtes pro ſuis magiſtris & Patronis. *Pet. Moncada in Addi. ad Crotum in tractat. de teſtibus, par. 4. numero 139. Vide omnino Bald. in conſil. 50. in 2. volum.*

Quæſtio C.

1 Famuli villici non poſſunt grauari pro re & perſona.

1 AN famuli † miſſi ad Villam pro cuſtodia, & vt laborarent, grauari poſſint pro re & perſona? Reſpond. Ferretus *de Gabellis, numer. 505.* quòd non.

Quæſtio CI.

1 Poſſeſſio an transferatur per conſtitutum à ſeruiente.

1 AN ſeruiens † per conſtitutum transferat poſſeſſionem? Reſpon. Tyraquel. *in ſuo Cõſtituti poſſeſſorij, par. 3. limi. 17. nu. 1.*

Quæſtio CII.

1 Mercedem licet etiam poſt terminum petere.

1 QVid ſi quis † mercedem recipere debeat ab aliquo ex operibus diurnis, vel famulatu; & non petierit infra terminum à Statuto præfixum, iuſto impedimento detentus: An poterit poſtea petere? Reſpon. quòd ſic. *Petr. Duen. reg. 306.*

Pe. Quæ-

Quæſtio CIII.

1 *Infirmitate durante, non debetur famulo ſalarium, ſecus, de æquitate. nu. 6.*

2 *Famulus infirmus non tenetur ſeruire per ſubſtitutum: nec ſupplere anno ſeq. nu. 3.*

4 *Dominus ad modicas expenſas famulo infirmo tenetur.*

5 *Medicum ſeruo ægrotanti adhibere an cogatur.*

QVid ſi famulus eſt infirmus: An infirmitas eum excuſet? Reſpon. Bart. *in l. opere, ff. de vſufruct. lega. Abb. & Deci. in c. 1. de Præben. & Deci. in c. ſignificatum, num. 7. eod. titu.* Abb *in c. 1. de cleri. ægro. vel debili, num. 6.* vbi dicit, quòd quando ſeruus eſt infirmus, † pro tempore, 1 durante infirmitate, non debet habere ſalarium, vt eſt communis opinio, *ſecundùm ipſum ibi. Vide Iaſ. in l. diem functo, nume. 47. ff. de offic. Adſeſſo. Et communem dicit Couar. Variarum lectio. lib. 3. cap. 14. vbi diſſerit ad partes: & tandem cum communi reſidet. deciſ. Tholoſ. 359. & Barto. in l. ſi vno, §. Item cùm quidam, num. 8. ff. loca. Alberi. in d. l. opere, & in l. arborib. §. de illo, ff. de vſufruc. Viuius Communi opin. verſicu. Famulus in 2. part. Cagnol. in d. l. diem functo. num. 215.* Et non tenetur ſeruire † per ſubſtitutum famulus infirmus, 2 *l. fi. §. 1. & §. fin. C. de agen. in rebus, lib. 12. Alberi. d. §. de illo, num. 3.* Tyraquel. *in l. Boues, §. hoc ſermone, num. 63. ff. de verb. ſign. regu. 1.* vbi etiam dicit, quòd ſi famulus promiſit ſeruire per annum, & infirmatur, quòd non † tenetur 3

F ſup-

ſupplere anno ſequenti. Et ſalarium debetur pro rata temporis, quo ſeruit. *l. ſed vno, §. cum quidam, ff. loca. Bal. conſi. 43. in 2. vol. deci. Delphi. per Franc. Marc. q. 798. lib. 1. Ferretus de militari iuſtitia, nu. 117.* Sed quando ſeruus poſſit ſeruire per ſubſtitutum, ponit Alberi. *in l. quiſquis cenſibus, C. de Epiſc. & cleri. Firma. in verſ. Famu-*
4 *lus.* Et dominus † famulo infirmo tenetur modicas expenſas facere. *Ferre. de militari iuſtitia, num. 117. ſed non magnas, deciſ. Tholoſa. 263. Summa Angelica, verſ. Famulus, num. 2.* Quod intellige ratione famulatus: ſecùs, ſi dominus tenetur, vt pauperi. *ibi, & Ioan. de Amicis conſil. 98.*
5 *n. 13.* Sed an teneatur dominus ad expenſas & † medicinas famulo? Bar. *in l. cum dotem, § ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſolu. matr.* Sed an mortuo famulo nondum finito anno, præſtari debeat integrum ſalarium eius hęredi? Reſpon. Frãc. Mar. *deciſ. Delphi. q. 798.* Vbi dicit: quòd pro rata debetur. *vide D. m. Cæphal. conſil. 70. num. 4. & 7. & conſ. 61. nu. 3. 4. & 13. 18. Viui. communi opi. 108. verſ. Famulus. in 2. par. Sylua. conſi. 28. nu. 2. & nu. 23. vbi dicit quæſtionem eſſe valde dubiam.* Et de rigore iuris eſt cõmunis opinio, quòd famulus infirmus non debet habere ſalarium,
6 ſecùs † de ęquitate.

Quæſtio CIV.

1 Salarium intra quod tempus peti debeat.

2 Famulus recedens ante tempus, ſibi imputet.

1 QVando debetur † ſalarium famulitij famulo? Reſpon. Infra annum: & poſtea non

non auditur. *Focherius in pract. iudicia. ca. 36.* & hæc quidem exceptio eſt commentitia, & ſi famuli tenentur. vigore legis petere ſalarium intra annũ. Idem erit in ancillis. Petr. *Rebuff. in tractat. de priuile. Scho. priuile. 177. num. 4. Limitat Duennas regu. 306. Vide Vaſquium in tract. de Succeſſio. lib. 1. §. 10. num. 33.* Famulus tamen annalis debet habere ſalarium in fine anni, & ſi antè rceedit, † ſibi imputet. *Bal. in l. 2. C. loca.* 2

Quæſtio CV.

1 *Ex pacto nemo fit ſeruus.*

AN quis efficiatur† ſeruus ex pacto? Reſpõ. Baren. *in tract. de formandis libellis,* quòd non. & probat. 1

Quæſtio CVI.

1 *Ius perpetui famulatus acquiri nequit.*

AN famulus † poſſit acquirere ius perpetui famulatus in domo alicuius? Reſpon. quòd non. *Crauet. de antiquitate tempo. par. 4. nu. 233.* 1

Quæſtio CVII.

1 *Donatum ſeruo an liceat auferre.*

AN liceat † domino donatũ ſeruo propria auctoritate illud auferre? Reſpon. Caſt. poſt alios *in l. in his. §. 1. ff. ſol. matr.* 1

Quæſtio CVIII.

1 *Famuli res nõ ſunt tacitè pro ſeruitio obligatæ.*

2 *Famulus dicitur de familia domini: & ibi habitare. nu. 3.*

 Res

1 RES famuli †ſunt illatæ in domo domini: An ſint tacitè obligatæ domino pro ſeruitio ipſius famuli? Reſpond. Bald. *in l. certi iuris, quæſt. 4. C. loca* quòd non. *de quo doctius & verius Menochius de adipiſcen. poſſ. nu. 145. in 3. remedio.* Et ideò retineri non poſſunt, ſi recederet ante tempus, *de quo Neguſan. in tracta. de pigno. in 4. membro 2. part. princip. num. 151. Tomo 8. Scodobius in Authen. habita, pag. 43. C. ne filius pro patre, & in Auctario, litera A. vbi & alia.* Et famulus dicitur †de familia domini. *l. 2. ff. de*
2 *vſu & habi. Alexan. in conſil. 140. nu. 7. in 2. volum.* Et ſeruientes & ancillantes veniunt appellatione domeſticorum. *glo. Inſt. de teſtamen. §. in teſti. verſic. in ea re. Alexan. conſi. 150. num. 17. in 4.*
3 *col.* Et famulus dicitur † habitare in loco, in quo habitat patronus. *Bar. in conſil. 42.* Etiam, quòd exterus eſſet. *Grammati. deciſ. Neapoli. 87. num. 4.*

Quæſtio CIX.

1 *Expulſus à domino famulus an mercedem accipiat.*

2 *Dimitti famulus an poßit ante tempus.*

1 FAmulus fuit †expulſus per dominum ſine cauſa: An debeat habere ſalarium pro toto tempore, quo non ſeruiuit? Reſpond. quòd ſic. *deciſ. Tholoſ. 268. vbi fuſius.* Sed pone; famulus meus non vult amplius mihi ſeruire,
2 ego volo repellere, †& de præterito tempore volo ſibi aliquid dare: An poſſum? Reſpon. Bald. *in l. æde, C. loca, num. 8.* quòd ſi tantum dam-

Digitized by Google

damnum patior de receſſu, quantum commodum habui ex ſeruitio & acceſſu, nõ teneor, propter compenſationem hinc inde: ſi autem mihi non eſt damnum, neque intereſſe, ſoluere debeo pro rata temporis. *Vide ſuprà.*

Quæſtio cx.

1 Fideiuſſor famuli an de furto teneatur.

2 Damnum aliter, quàm per iuramentum, probandum.

3 Diſpoſitio ſtatuti non habet locum contra tertium.

QVidam promiſit reſarcire omne dãnum datum à famulo, Scholaſtico. An tenebitur † pro furto per famulum commiſſo? Reſpon. quòd ſic. *Bald in l. quòd Nerua. colum. 4. ff. depoſi. de quo Gratus Reſponſo 154. num. 24. libr. 2.* Sed an ſtetur iuramento Scholaſtici de damno, vel furto paſſo? Reſpon. quòd non. quia aliter quàm per iuramentum † debet conſtare tam de ſubſtantia damni, quàm de quantitate; ne duo ſpecialia ſimul concurrant. Et regula ſe habet communis, quòd † diſpoſitio legis, vel ſtatuti non habet locum contra tertiũ, ſi hoc non exprimatur. *c. ſuper eod. 2. de offi. dele. vide Dec. conſi. 82. in fin. & conſi. 146. col. 7. & in l. fi. col. 4. C. de edendo. vide Strachan de Aſſecura. in gloſſ. 31. nume. 4. Plot. in l. ſi quando. nu. 768. C. vnde vi.*

1

2

3

Quæſtio cxi.

1 Furtum perſonæ domeſticæ eſt caſus fortuitus.

1 AN ſit caſus † fortuitus, quando famulus furtum facit? Reſpon. quòd ſic. *Cagnolus in l. contractus, num. 24. ff. de reg. iur.* Et eſt communis opinio. *de qua Iaſ. in conſil. 42. volum. 1. Bald. in l. 1. C. depoſi.* vbi reputatur caſus fortuitus, quando vxor, vel famulus facit furtum, quia de eis erat confidendum, *l. argentum, ff. commoda. Pariſ. conſil. 156. num. 20. in 4. volum.* Et caſus fortuitus eſt ſolùm, quando à perſona domeſtica fit, *vt eſt communis opinio. Cherianus in ſuo communium opi. ver. furtum.*

Quæſtio CXII.

1 *Furtum famuli modicum quomodo puniatur, & quid ſi ſæpius committat, nu. 3.*

2 *Famulus an actione furti teneatur.*

1 FAmulus † furatus fuit domino aliquid leue, putà Pitalphum vini, vel modicum de ſale, vel carnibus ſalſis, vel alijs cibarijs: An per iudicem puniri debeat? Reſpond. quòd non. Sed dominus eum puniet, verberando cum loris, vel virgis, vel alijs, moderatè tamen, *vt inquit Beluiſius in tract. crim. tit. de furtis, num. 9. Iodocus Damhoud. tit. de correctione, nu. 1. text. eſt in l. reſpiciendum, §. furta, ff. de pœnis.* Nec
2 poteſt conueniri actione furti ſed † vi bonorum raptorum. *Bar. in l. prætor, §. generaliter, nume. 2. ff. de vi bono. rap.* Hoc tamen procedit, quoties ſemel hoc fecit. Sed ſi hodie ſurriperet rem vilem, & cras aliam, & alio die aliam,
3 & pluries † res viles furaretur, deberet furca ſuſpendi. *Ita dicit Bald. in l. penult. C. de furt.*

qui

Digitized by Google

ui ita limitat text. in d. §. furta domeſtica, *quem* *efert & ſequitur Ariminenſis in addi. ad Angel. in* *erſ. veſtem cœleſtem, num. 34. Vitali. tit. de furi*-*bus. Iodoc. Damhoud. tit. de furto, nu. 41.* Dicit tamen Io. Fab. *Inſti. de publ. iudi. §. alia.* quòd familiaris, vel ſeruitor, & iuuans illum ſuſpenditur pro primo furto. *Diaz in practica criminali canonica, cap. 84. ad fin. pag. 144. D. Iulius Clarus in pract. crimi. lib. 5. §. furtum, verſi. item excuſatur, & ver. ſeq.*

Quæſtio CXIII.

1 *Dominus quando teneatur de furto ſerui.*

AN dominus † teneatur pro delicto ſerui, vel famuli ſubtrahentis res pignoratas, vel aliàs apud eum depoſitas, ſeu aliàs penes eum exiſtentes. Reſpon. Bald. *conſi. 222. per totum volu. 2.* vbi dicit, quòd ſi diſcipulus, vel famulus erat homo ſibi & alijs notus, & pro fideli habitus, qui poſtea fractis horreis aufugit, reputatur caſus fortuitus. Et non tenetur dominus fœnerator, vel ſimilis. Si verò ignotus, & improbatus homo: tunc eſſet in culpa, ſaltem leui, ille, qui fidit in eo, in quo homines mediocris diligentiæ non debuiſſent confidere, *l. veteribus. C. de pactis, Firma. ver. famulus. D. m. Alcia. conſil. 153. in 5. volu. in nouis. Vide Plotum in l. ſi quando, nu. 768. C. vide vi.* 1

Quæſtio CXIV.

1 *Mercedem furari famulus an poſſit. nu. 4.*

2 *Furari quando permiſſum. nu. 3.*

1 AN liceat famulo furari † tantam quantitatem, quæ æquiualeat ſuæ mercedi, quam à domino conſequi non poteſt, ſicut & alius facere poteſt? Reſpond *Marſil. ſing. 177. Malitys hominum*, quòd ſic. Et hæc eſt communis opinio, *vt dicit Couarruuias variarum lectio. lib. 1. cap. 2. num. 15. verſic. quarto eodem iure. Soarez in eius Theſauro ver. furtum, num. 399. Arnol Soliloquio 45. Alexan. conſil. 135. in 1. volum. D. m. Alciat. in conſi. 6. libr. 7. colum, 2. Grammat. conſil. 50. Plot. in l. ſi quando, num. 874. C. vnde vi. Iaffredus deciſ. 140. & Alexand. in conſilio 134. in 1. volumin. vbi in terminis terminantibus pro Barbacina.* Nam
2 in † conſcientia nō teneor, ſi furatus ſum aliquid, vt mihi ſatisfaciam de eo, in quo quis mihi tenebatur, nec aliter conſequi poteram. *Neuiza in Sylua lib. 3. num. 43. Cagno. in l. non eſt ſingulis, ff. de regul. iur. & de origin. iur. num. 206. & ſeq.* facit dictum *Bald. in conſ. 345. in 4.* vbi dicit, quòd qui iuſta ratione credit ſe dominum & ideò vi rapit, vel clam ſurripit, excuſatur à furto. Item ſi quis retinet rem meam, nec poſſim illā conſequi per iudicem, poſſum illam licitè furto ſubtrahere, vel æquiualentem. *l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in fraud.*
3 *cred. Inno. in c. olim. de reſtitut. ſpoliato.* Limita, † non procedere, ſi oriretur ſcandalum, quia tūc non poſſem. *Barba. in conſil. 11. volu. 1. Iaffredus d. deciſ. 140. Abb. in c. per prælatum, de his, quæ vi metuſve cauſa. Tyraquel. de pœnis temper. cauſa 46. limi. 239. numer. 4. Fuſius Couarruuias variarum reſo-*

ſolu lib.1.cap.2.num 15.Et ita tenet Archiepiſco-
us Floren.in eius ſumma part.2.tit. de furto. cap.
5.colum.2.circa princ.in §.1.vide omninò. Tenē- 4
ur † tamen pœna arbitraria famuli furantes,
t de debito ſalario ipſis ſatisfiat. Alexand. d.
onſil.135.in 1. vol. de qua re etiam Monteleo.in
ractica arbitraria,pag.437.vide l.extat.ff. quod
metus cauſa.Viui.commun.opin.135.in 2.par.furās.
Verùm inquit Dominus noſter,Deuteron.cap.
24.Cùm repetes à proximo tuo rem aliquam,
quam debet tibi,non ingredieris domum,vt
pignus auferas.vide deciſ.Pedemon. per D.Oſaſ-
cum 68.num.31.

Quæſtio CXV.

1 Mandato domini an ſeruus præſumatur rem oc-
cupare.

FAmulus occupat rem alienam: An † præ- 1
ſumatur occupare mandato domini? Re-
ſpon. quòd non. Etiamſi reperiatur apud
eundem dominum. Bald.in l.1.C. de epiſcop. &
cleric.

Quæſtio CXVI.

1 Creditoris famulo re ſoluta, an liberetur debitor.

FAmulus creditoris rem repetit, & poſtea
aufugit: An † liberetur debitor? Reſpon. 1
Iaſ.in l.ſi procuratori falſo,num.11.de condit.
cauſa dat.

Quæſtio CXVII.

1 Caſtigare ſeruum domino permiſſum.
2 Inimicus familiaris peſtis eſt in domo.

1 FAmulus non vult operari: An †dominus poterit eum caſtigare? Reſpond. quòd ſic.
2 moderatè, quia familiaris inimicus † peſtis eſt in domo. *Bal. in l. idem. § . ſi quoniam. ff. de vſufruct.* Hortor tamen cauendum eſſe ab hoc tãquã ab igne, quia vidi triſtẽ exitũ ſeſiſſe dominos. Et in caſtigante famulum funiculo, prȩſumitur quòd non habuerit animum vulnerandi. *Alex. conſil. 75. lib. 3.* vide Auguſtin. *ſuper Epiſtolam Ioan.* dicenté: Non putes te tũc amare ſeruũ tuũ, quãdo eũ non cædis, aut tunc amare filiũ tuũ, quando ei non das diſciplinam, aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis; nõ eſt iſta charitas ad emẽdandum & corrigendum: ſi ſunt boni mores, delectent: ſi autem mali, emendentur.

Quæſtio CXVIII.

1 *Merces domini non committuntur, ſi famulus non ſoluat vectigal.*

1 FAmulus meus tranſit mercantias, & non ſoluit †gabellam: An per hoc debent dici confiſcatæ meæ mercantię? Reſpon. quòd nõ, *Docto. in l. 1. C. de ſeruis expor. Guido. Papa ſing. 21. Franc. Mar. deciſ. 63. lib. 1. & conſuluit D. m. Alcia. in conſi. 54. per totum lib. 2.*

Quæſtio CXIX.

1 *Incendium culpa famuli admiſſum habitatorem obligat.*

1 FAmulus meus minùs diligenter in † ſtalla tenuit lucernam, ob quod domus per me conducta fuit exuſta: An tenear emendare

dare damnum? Reſpond. quòd ſic. *vide tamen Cagn. in l. contractus, num. 70. de reg. iur. & in l. culpa caret, num. 15. eodem tit.* D. Roland. à Valle, *conſil. 95. libr. 2.* vbi dicit, quòd ſi famulus non eſt deputatus à domino ad cuſtodiã ignis, nõ tenetur dominus pro eius famulo. Aliàs ſiç. *vide Franc. Mar. deciſ. 61. lib. 1. & 521. libr. 2.*

Quæſtio CXX.

1 Alens aliquem tenetur & ſeruum alere.

2 Inuitans dominum etiam ſeruum debet excipere.

ALiquis tenetur †alere quempiam: An & ſeruitorem eius alere tenetur? Reſpon. quòd ſic. *Rebuff. in tract. de priuileg. ſcholaſt. priuil. 163.* Et not. quòd † qui inuitat dominũ, tenetur & eius ſeruitorem acceptare. *Rebuff. ibidem, numer. 10.* 1 2

Quæſtio CXXI.

1 Legatum famulis, quibus debeatur.

LEgatum fit famulis: †quibus famulis debetur? Reſpond. Ijs debetur famulis, qui ſunt famuli tempore teſtamenti. *Et eſt deciſio Tholoſ. 190. l. ſi ita. ff. de auro & argen. leg.* Etiamſi eſſe deſierunt tempore mortis. *l. Titia. vbi Ange. de manu. teſta. & not. in l. ſi cognatis, de rebus dub. Firma. in verſi. legatum incertæ perſonæ, num. 2.* vbi idem dicit in pediſſequis. 1

Quæſtio CXXII.

1 Famulo plurium an merces minuatur, aliquibus mortuis.

Quid

QVid ſi famulus cœpit ſtare cum duobus, vel tribus ſcholaſticis, & duo re-
1 ceſſerunt: An ſalarium † minuatur? Reſpon. quòd ſic. quatenus labor minuitur. *Bar. in l. Scio. ff. de ann. legat. & Bal. in l. liberti. C. de operis liber. & Bald. in Authent. habita. C. ne filius pro patre. Firman. in Reperto. vide tamen Cagnol. in l. diem functo, num. 159. ff. de officio adſeſſor. vbi quãdo hoc habeat locum.*

Quæſtio CXXIII.

1 Quales operas ſeruus præſtare debeat.

SEruus tenetur † præſtare operas domino:
1 An intelligatur de carnalibus? Reſpond. quòd non. Bauer. *in* §. *eſt autem, col. 1. Inſti. de hær. inſtit.* Vbi etiam dicitur, quòd punitur contrafaciens. *Neuizan. in ſylua, lib. 4. num. 64.* Nam debet comburi ſeruus, & dominus decapitari. *l. vnica. C. de mulieri. quæ ſeruis proprijs ſe iunxerunt.* quod intellige in ſeruo in poteſtate. Refert tamen Papo *Areſto 4.* fuiſſe furcis ſuſpenſum quendam famulum, qui cum domina adulterium commiſerat. *D. Iul. Clar. in* §. *adulterium, verſic. ſed quæro, quæ ſit pœna.*

Quæſtio CXXIV.

1 Delinquens in officio perdit ſalarium.
2 Adulatio ſpecies perditionis.

1 FAmulus, vel ſeruus in officio deliquit: An priuetur † ſalario? Reſpond. quòd ſic. *l. 1. C. de ſtatuis & imagin.* vbi Paul. de Caſt. *per illum text.* Vbi etiam dicit facere con-

ontra adulatores, quibus plenus eſt mundus. Adulati... enim eſt perditionis ſpecies. 2

Quæſtio cxxv.

Pœna qualis imponi famulis ſoleat.

QVa pœna puniuntur perſonæ viles, prout † famuli, vel infames? Reſpond. quòd comburuntur, vel furcis ſuſpenduntur. 1
in ſeruorum. §. 1. ff. de pœnis. Bal. in l. data opera. . qui accuſ. non poſſunt. Mileus in pract. crim. pag. . nu. 141. Maximè famuli Poteſtatis diuidentes prædam cum aggreſſoribus viarum, qui iui debent comburi, *vt dicit Bartol. in l. ſi quis. de re milita. lib 12. Paris de Puteo in tract. Syndia. §. an ex eo, pag. 109.*

Quæſtio cxxvi.

Famulus eſſe qui deſijt, teſtari pro domino poteſt.

ALiquis erat famulus tempore celebrati contractus: Nunc cùm debet teſtificari ro me ſuper tali contractu, deſinit eſſe meus amulus: An pro me rectè † teſtificari poſſit? 1
Reſpon. quòd ſic. *Bart. in l. 1. §. idem. ff. de quaſt. Marſil. plenè ibi, nu. 1. pag. 6. & Marſil. in l. vnius. §. eruo, nu. 9. eodem tit. & ſuprà dixi.*

Quæſtio cxxvii.

Militum famuli an reſtituantur in integrum.

AN famuli, quos milites ſecum ducunt, de propria patria merentur in † integrū reſtitui, ſicut ipſi milites patroni? Reſpond. Caſtren. *in l. 1. numer. 2. C. de vxor. milit.* 1
quòd

quòd non. quia ipſi vadunt ſpontè, & ſpontè poſſunt recedere. Ex cauſa tamen probabili, & neceſſaria reſtituuntur, putà, ſi ſunt Chyrurgi, vel Medici, aut aliàs neceſſarij ſerui.

Quæſtio CXXVIII.

1 Iurare coactus à domino ſeruus, quando parere debeat.

1 AN domino ſit parendum, qui †iurare fecit famulum de veritate dicēda? Reſpon. Aut iſte dominus eſt truculentus, & probabiliter eſt ferus: Et non tenetur, quia illicitum fuit iuramentum. Aut māſuetus: Et probabiliter creditur, quòd non procedet, niſi probabiliter, & debet parere. *Summa Angelica, ver. famulus, num. 8. vbi latiùs.*

Quæſtio CXXIX.

1 Famulorum digladiatio non eſt prælium.

DIgladiantur inuicem duo famuli, quænam dici poteſt talis digladiatio? An e-
1 rit †prælium corporale Reſpon. quòd non, *in l. 1. per Bartol col. 3. num. 14. C. de lit. conteſt. & Abb. in c. 1. de lit. conteſt.* Sed appellatur Badalucum.

Quæſtio CXXX.

1 Priuilegium conceſſum dominis non competit famulis.

AN ſtatutum in officialibus †habeat locū
1 in ſeruitoribus? Reſpond. quòd non, *Guido Pap. conſil. 30. num. 5.* Nam ibi priuilegium conceſſum dominis, non cenſetur conceſſum ſeruitoribus.

Quæ-

Quæſtio CXXXI.

Pecunia ad perferendum tradita ſi vtatur famulus, an ſit furtum. num. 3. & quid ſi ei auferatur. num. 5.

Depoſitarius quando furtum committat.

Nuncio pecuniam tradens, quid conſideret.

Fuga famuli facit indicium ad torturam.

QVidam campſor ſemel dedit aureos centum cuidam iuueni eius famulo, & garzono in Banco, qui poſtea eis vſus fuit, nec tulit ad locum & perſonam deſtinatam: An furti teneatur? Reſpond Iaſ. *in l. in naue Sauheli. ver. idem iuris. ff. locat. & in §. quas verò. l. eius, qui in prouincia, col. 4. nu. 3. ff. ſi cert. peta.* quòd non. Licèt fuerit Romæ laqueo ſuſpenſus. 1 Iam ſi pecunia fuit tradita per modum commendæ vel depoſiti, numerando, ſi depoſitarius ea vtatur, non incurrit in pœnam furti, 2 quia non dicitur furtum facere. Secùs, ſi per modum ſpeciei ſit tradita, vel depoſita. *vide decis. Tholoſa. 18.* Sed contra Iaſonem ſtat Chaſſanæi, eius diſcipuli ſententia, *in Conſuet. Burgund. c. 5. pag. 39.* vbi dicit, determinationem Iaſ. eſſe contra text. *in l. ſi mandauero. §. ſi dedero. ff. manda. ibi in textu, centum.* erat igitur numeratio, & tamen furti tenetur. vide Crottum *conſil. 41. per totum.* & D. Iul. Clar. *in §. furtum. ver. poſſet etiam.* vbi dicit, quòd fuit laqueo ſuſpenſus quidam famulus, † cui dominus pecuniam tradiderat, vt alteri mutuaret, & 3 ipſe illam conuertit in vſus proprios, pro

pro quo fuit aduocatus Imola, *vt ipſe fatetur, in l. ſi tibi dederim. ff. de donat. & l. Caſſius. ff. de ſolut.* quem refert Igneus *in l. 1. num. 91. & ſeq. ff. ad Syllan.* Subdens, quòd ita Rothomagi fuit pluries iudicatum, & aliàs etiam exequutum in quibuſdã ancillis, *vt fuſius ibi Clar.* vide omninò. Sed vide Grauettam *in conſi. 244. nu. 8. verſic. quam opinionem.* vbi dicit, quòd quando traditur pecunia numerata nuntio
4 diuiti,† quia tradens tunc non videtur curare, an tradat in genere, vel ſpecie, niſi ex verbis committentis pecunias apparet, quòd eas in ſpecie commiſit, vt quia dictum ſit, iſtas pecunias tali viro inferes, vel numero tibi centum aureos, vt eos ipſos ad talem referas, vel talem meam pecuniam tali reddes. Secùs, ſi dictum ſit: Accipe talem pecuniam, vt tali ſoluas pro me nam hic ſolùm dictum fuit de effectu ſolutionis, nõ de qua pecunia.
5 Quid modò ſi pecunia taliter conſignata vt ſuprà furto ſubtracta fuit tali famulo? Reſpond. D. m. Alciat *in conſ. 152. in 5. vol. per tot.* Subdens quòd dominus non tenetur de culpa, quando famulus aufugit, & pecuniam, vel
6 rem depoſitam aſportauit. Et fuga famuli † facit indicium ad torturam. *Blancus in l. fina. ff. de quæſtio. verſic. fuga. famuli, nume. 423. vide Pariſi. in conſil. 156. in 4. volum.*

Quæſtio CXXXII.

1 Veſtes lugubres quando famulis debeantur.

Nun-

NVnquid veſtes † lugubres debeantur etiam famulis magnorum virorũ defunctorum? Respond. quòd ſic. Secùs ſi patroni defuncti ſint viles perſonæ. *l. ſi ex re. §. illud. vbi Alexan. ff. de ſtipulat. ſeruo.* 1

Quæſtio CXXXIII.

1 Pignoratum à famulo qua actione dominus repetat.

FAmulus ſubpignorauit librum Domini ſcholaſtici Iudæo ſcienti eum eſſe ſcholaſtici: An dominus poterit librum ſuũ † repetere, ſi non de plano vult reddere? Reſpond. quòd ſic: per condictionem ob turpem cauſam *ita Bal. in l. ſeruus cuiuſdam. ff. de condic. indeb. Vide plenè per Marquar. in tract. de Iudæis, part. 1. cap. 12. num. 18. & Abb. in c. quòd clerici, de foro compe. de quo Cremen. ſingu. 81. Marſil. ſingu. 13.* 1

Quæſtio CXXXIV.

1 Christianus non poteſt eſſe famulus Iudæi.

AN Chriſtianus † poſſit eſſe famulus Iudæi? Reſpond. quòd non. *Marquar. de Iudæis, par. 1. cap. 4. num. 14.* 1

Quæſtio CXXXV.

1 Pignori rem alienam ſcienter accipiens furtum committit.

FAmulus ſurripit veſtes, vel aliqua mobilia alicuius, & defert ad Hebræos ad ſubpignorandum: An Hebræi ipſi recipientes tales res alienas † ſcienter pignori, dicantur 1

Digitized by Google

furtum committere? Reſpon. quòd ſic. *Bald. in l. ſeruus. ff. de condict. indebit.* Secùs, ſi ignorãter. *vide Marquar. in tractat. de Iudæis, par. 1. q. 12. num. 18.*

Quæſtio CXXXVI.

1 Libri rationum an debeant edi actori.

FAmulus portauit pignus ad Iudæum fœneratorem, & Iudæus poſtea negat pignus
1 ſibi datum: An cogitur † edere libros, ad fundandam actoris intentionem? Reſpon. quòd ſic. *Vide tamen Dec. in c. ex epiſtolæ, numer. 20. de probat.*

Quæſtio CXXXVII.

1 Alapa quando poßit ſeruo infligi.

QVid ſi famulus dicat iniuriam alicui nobili, ob quam dedecus eſſet ei adire Præ-
1 torem: An talis nobilis poterit ei † inferre alapam? Reſpon. quòd ſic. *Grammat. deciſ. Neap. 14.* quia aliàs Prætorem poneret in deriſum. *allegat Paul. de Caſtr. in conſil. 190. in cauſa carceratorum, quem ſequitur Ariminen. in addit ad Angel. de maleſic. in verb. Andream auxiliatorem.*

Quæſtio CXXXVIII.

1 Filius à patre eſt alendus, & quid ſi poßit ſeipſum alere, num. 2.

3 Alimenta petere nequit, qui ſe alere poteſt.

4 Filij tenentur operari patri.

IVris explorati eſt, quòd filius naturalis,
1 vel ſpurius † à patre, vel eius hæredibus a-

li

li debet, *vt aliàs dixi.* Quid ſi ex famulatu poteſt ſibi aliméta parare: An debeat ali? Reſpond. quòd ſic. quando eſſet ſummæ verecũdiæ tale exercitium famulatus exercere, vel aliquam artem mœchanicam facere, & eſſet ortus ex honorato patre, & de familia honeſta. *D. Roland. à Valle in conſi. 54. num. 70. vol. 2. & in cõſ. 55. nu. 5. eõd. vol. & in cõſ. 14. nu. 50. in 3. volum. Burſatus conſil. 83. & conſil. 62. nu. 12. vbi cõmuniorem dicit.* Si autẽ haberet aliquã honeſtã artem, vnde ſe poſſet ſuſtẽtare, ſecùs eſſet: quia tunc ceſſaret naturalis æquitas, vel canonica: nec eſſet alendus *D. Roland. à Valle, conſi. 119. in 2. vol.* & ita concludit D. m. Alcia. *conſil. 213. num. 16. lib. vlt.* vbi dicit, quòd quando eſſet iuuenis validus, & haberet exercitiũ & artificiũ, ita, quòd poſſet largè expenſas lucrari, non deberentur ei alimenta, quia aliàs eſſet incitare ipsũ ad inertiã *l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de liber. agnoſc. vbi inquit lex: Eum,* 3
qui ex operibus ſuis poſſit ali, † ſummoueri à petitione alimentorum, prout etiam eſt tex. vbi omnes in l. 1. C. de mendican. validis. lib. 11. vide Franc. Mar. deciſ. Delphi. quæſt. 457. lib. 2. Capici. deciſ. Neapolit. 64. Kirchouius in ſuo Communium opinio. Centuria 1. concluſ. 48. num. 6. pagi. 119. Et quando dicatur habere, vnde ſe alat, ponit Aemilia. *conſil. 139.* & Crauetta *conſil. 199.* In omnem tamen caſum tenentur filij, † quibus alimenta præſtantur, operari ipſi patri, aliàs non debent ali. *D. m. Alciat.* 4

Digitized by Google

in conſil.36.in 5.parte. Et licèt pater non teneatur alere filium, quando habet, vnde ſe alat: hoc procedit, quando pater tenetur tantùm officio iudicis alere. Secùs, ſi iure actionis, vt ex lege, vel ſtatuto, quia licèt habeat, vnde ſe alat, tamen ipſe pater nihilominùs alere tenetur. *D.m.Alciat.conſil.88.in 5.vol.Ruin. conſ. 80.num.5.& ſeq in 2.vol.Alcia.conſ.338. & conſil.267.num.5.*

Quæſtio CXXXIX.

1 Libro rationum domini an credatur de debito ſerui.

1 AN ſtandum ſit † libro rationum domini, qui in eo ſcripſit ſeruum ſibi debere? Reſpond. quòd non. Niſi ſit inſerta iuſta, & vera cauſa, *tex eſt in l.non ſolùm. §.an debitor. vbi Bart.not.ff.de peculio.* quod totum tamen pendet à materia legis, nuda ratio. *ff.de donat. Iaſ.in §.actiones, num.33. Inſtit.de act.*

Quæſtio CXL.

1 Fructuum inſpiciendorum gratia mittendus famulus.

2 Villicus non mutandus.

3 Ruſticorum encomia.

1 NVnquid dominus † mittere poſſit famulum, quando colliguntur fructus, vt videat, ne colonus partiarius fraudet eum? Reſpond. Cotta *rerum memorab. verſic. fructus.* quòd ſic. Subdens, quòd oporteret, quòd famulus ille eſſet oculatior Argo, ſi vellet occurrere fraudibus ruſticorum. Et incideret in illud:

Sed

Sed quis cuſtodiet ipſum cuſtodem?
Subdola ruſticitas patitur violenta.
Pungentem pungit, pungentem ruſticus vngit.

Vel contingeret illud Euangelicum, *Matthæi cap. 21.* vbi ruſtici interfecerunt ſeruos miſſos à domino, vt acciperent fructus vineę. *Eſt Euangelium 93.* vide Petrarcham *de remedio vtriuſq; fortunæ, lib. 4. Dial. 59.* vbi de villico malo & ſuperbo. Et *ibi* etiã dicit, quòd † mutare villicum non prodeſt. Ad vnum modum fermè omnes facti ſunt, niſi quòd ſemper peior eſt vltimus. 2
vide Iaco. de S. Georg. in tract. de feudis, vbi de roydis agit, qui eſt vltimus, num. 52. vbi dicit, quòd dominus poteſt ponere inſpectorem, qui videat quantitatem meſſium, & vindemiæ. Et poteſt apponere pœnam, ne ruſtici colligant meſſem, vel vindemiam, niſi priùs ea viſa, quia dubitet fraudari. *allegat not. per Bald. in l. ſi ita. § dominus. ff. de vſu & habitat. & not. Angel. in Authent. nunc hæres. C. de litigioſis. Et ita dicit fuiſſe iudicatum ipſo Iacobino conſultore.* Et ſubdit Ange. quòd ſi dominus habeat vaſallum ſuſpectum, poteſt pro ſuo intereſſe apponere cuſtodem in Caſtro vaſalli. quod dicit not. contra ruſticos. Et not. quòd 3
ruſticus † eſt maledictus, *vt dicit Bartol. in l. 1. C. ſine cenſu, vel reliquis. & in l. 2. C. quando lic. ab emp. diſced.* & Aretin. *in conſil. 115. in fin. dicit,* maledictus ſit iſte ruſticus in æternum, qui ſibi fecit manum feſſam in ſcribendo. Et dicũt ruſtici, qui timet de anima, nunquam erit di-

ues: qui timet de corpore, nunquam erit audens. *Neuiza. in Sylua, lib. 4. nu. 6.* De tenacitate autem ruſticorum ſcribit Cardin. Papienſ. Epiſ. & Iaſ iocosè inducebat in voce, Rubri. C. ne ruſtici in vllum obſequium vocentur, lib. 11. ad propoſitum, quòd nullatenus ſunt obſequioſi ruſtici.

Quæſtio CXLI.

1 De contumacia ſerui non tenetur dominus.

1 STatutum vult dominum teneri pro ſeruo: An erit locus ſtatuto, ſi ſeruus in † contumaciam fuerit condemnatus? Reſpon. quòd non *Felin. in c. cùm Bertoldus, numer. 20. de ſenten. & re iudic.*

Quæſtio CXLII.

1 Famulus reddere tenetur, quod dominus pro eo ſoluit.

1 DOminus ſoluit pœnam pro famulo: An teneatur † ſibi reſtituere, quod ſoluit, famulus? Reſpond. Specul. *tit. de iniur. & dam. dat. ver. in ſumma. vbi Bal. in addit.* quòd ſic.

Quæſtio CXLIII.

1 Teſtes de famulitio quomodo probent.

1 AN teſtes ſatis probant, qui deponunt ſe vidiſſe ſtare, & † famulari per tres annos continuos in domo Titij, licèt interrogati reſponderent, eum non vidiſſe ſingulis diebus & horis ſtare? Reſpon. Corne. *in conſil. 171. in 2. volum. ad fin.* Amodeus *de Syndica. in Rub. quæ pœna puniuntur officiales de negligentia,* ver-

verſic. item in eo & de eo. de quo Benintendius *deciſ. Bonon. 43. num. 13.* vbi, quòd ſic.

Quæſtio CXLIV.

1 Informatio quomodo fiat de delicto in domo commiſſo.

QVid ſi delictum fuit commiſſum intra domum: quid agendum pro † informatione? Respond. Foller. *in pract. crimin. tit. capiant informationem, nu. 20.* dicens, quòd pro informatione debent examinari ſerui, & famuli, & omnes de domo, qui tamen fuerunt præſentes tempore perpetrati delicti. Qui dicantur familiares, domeſtici, adhærentes, complices? Marſil. *in l. 1. §. præterea, verſic. & qui dicantur, nu. 82. pag. 36. ff de quæſt.* Franc. Mar. *deciſ. Delphin. 181. num. 3. lib. 2.* 1

Quæſtio CLXV.

1 Publicanus quando pro famulo, qui plus debito exegit, teneatur, num. 2.

QVid ſi famulus publicani † exigit per fraudem ampliùs, quàm quod debetur? Reſpon. quòd in duplum tenetur publicanus. Et ſi per vim, in quadruplum. *l. cotem. ff. de publica.* *Vitali. in tractat. malefic. tit. de collegÿs illicitis, num. 3* Iodocus Damhoud. *in pract. tit. de Telonÿs ac alÿs exactionibus.* Si tamen ſeruus, etiam liber homo, † exhiberetur à Publicano, ſuo iure tenetur, & erit liberatus publicanus. *Bartol. in l. 1. §. qui nouiſſimè. numer. 1. per d. l. & ſequent. ff. de publica.* *Franc. Mar. deciſ.* 1 2

Delphin 425. De pœna autem domini, vel patris non exhibentis ſeruum, vel filium, vide per eundem Franc. Mar. *deciſ. Delphin. quæſt. 26. libr. 1.*

Quæſtio CXLVI.

1 Dominus tenetur de mutuo, quod iuſſu eius acceptum eſt.

2 Ex contractu inſtitoris an detur actio domini.

3 Famuli literis acceptis quando dominus obligetur.

1 PRæcepi † famulo meo, quòd mutuò reciperet pecuniã vel quid aliud. qui ita fecit: Ob id conuenirine potero? Reſpond. Fab. *Inſtitut quòd cum eo. §. ſi igitur. num. 3.* quòd ſic. vtili (ſcilicet) inſtitoria. ſed qualiter probabitur famulum eſſe præpoſitum tali & tali officio? Reſp. Barto. *in l. 1. §. familiæ. ff. de public.* eo ipſo probari, quòd officium exercet domino ſciente, videtur enim quis eum proponere. *l. 1. § magiſtrum. ff. de exercito. Frãc. Mar. deciſ. Delphin. 469. lib. 2.* Et ita habetur: An
2 ex † contractu inſtitoris, ſeu factoris competat actio domino, abſque ceſſione? vbi determinat, quod nõ niſi in ſubſidiũ, quãdo nõ eſſet ſoluẽdo, vel quando eſſet abſẽs. Quid ſi famulus contrahit cum aliquo, vel accipit mutuò pecuniam, & dicit ſe hoc facere de mandato domini, & tamen non ſit verum: Poſteà ipſe famulus ſcribat ad dominum, quomodo contraxit cum tali, & petit ab eo, vt ſoluat

dictam

Digitized by Google

dictam pecuniam creditori, ſi dominus † recipit dictas literas, & non contradicat: An videatur tacitè conſentire? Reſpond. Cæpol. quòd ſic, *cautela* 9 Et ideò mandati, vel quòd iuſſu tenetur. *Ruin. conſil. 81. num. 19. in 3. volum.* 3

Quæſtio CXLVII.

1 Actio quæ contra dominum competat ex contractu ſerui.

QVæro, qualis † actio competat cõtra dominum, qui famulũ ſuum mercari propoſuit, contrahere vel quid aliud agere? Reſpond. Specula. *tit. de obligat. generali. vbi fuſiſs. Aretin. in §. igitur, nu. 1. Inſt. quòd cum eo.* Limita, *vt per Aret. Inſtit. de noxalib. in prin. num. 2.* 1

Quæſtio CXLVII.

1 Famuli paſtoris culpa an obſtringat dominum.

AN dominus teneatur ex mala cuſtodia † famuli paſtoris? Reſpond Chaſſan. in *Conſuet. Burg. §. 6. num. 12. pag. 72.* Gozad. *conſil. 63* Aemilia *conſ. 103.* Nam mala electio eſt in culpa. *Franc. Mar. deciſ. 524. vide omninò.* 1

Quæſtio CXLIX.

Cuſtodiæ nomine tenetur famulus gregis.

NVnquid famul⁹ † gregis, & beſtiarũ cuſtos teneatur de mala cuſtodia? Reſp. quòd ſic. *Bald. in l. 1. C loca. vbi plenè Cagnol. in l. contractus, nu. 23. ff. de reg. iur. Plot. in repet. l. ſi quando, num. 750. C. vnde vi. Gozadin. conſil. 103. & conſil. 63. num. 3.* Et an teneatur de caſu fortuito & alijs? Reſpon. Corn. *conſ. 28. in 3. per totum. Iaſ. &* 1

alij in l. ſi paſcenda pecora, num. 4. C. de pact. Bald. in l. 1. num. 12. verſi. quæro an vincam C. de ædil. act. Aemilia. conſil. 103. Dec. in l. quod te, num. 9. ff. ſi cer. peta. Corne. conſil. 108. in 1. par.

Quæſtio CL.

1 *In domo quæ ſunt, an poſſint probari per familiã.*

1 AN res quæ ſunt in domo, † poſſunt probari per familiares? Reſpo. Salic. *in l. lex quæ. C. de adminiſt. tuto. per illum tex.*

Quæſtio CLI.

1 *Famulorum digladiatione intelligitur violata pax dominorum.*

1 AN famuli dominorum ſimul rixantes, intelligantur rumpere pacem dominorum: Et vtrùm domini pro ipſis teneantur? Reſp. quòd ſic: Si violaretur pax propter eorũ diſcordiam, & domini tenerentur pro eis. *Nouel. in pract. crim. de inſi. tit. de pace, nu. 79. Ferret. de treug. & pace, nu. 87. Moronus de fide, treug. & pace.*

Quæſtio CLII.

1 *Iniuria famulo facta à quo remitti poſſit.*

1 QVid ſi fiat iniuria famulo: An ei ſpectat remiſſio iniuriæ, vel domino? Reſpon. Aut fit iniuria propter dominum, & domino ſpectat remiſſio. Aut ipſi famulo in ipſius iniuriam: Et ipſi tantùm ſpectat remiſſio. *Boſſ. tit. de pace, nu. 17.*

Quæſtio CLIII.

1 *Iurare non debet, de quo eſt ſuſpicio periurij.*

IVris extat diſpoſitio, quòd expendens pro alio iurare debet non expendere, niſi pro

pro commiſsione: An ſi ſit famulus ſcholaſtici, de quo eſt † ſuſpicio periurij, debeat iurare? Reſpon. quòd non. quia incideret in periurium, etiam pro modico, quod fraudaret. *Card. in Clem. 1. §. porrò, de hæretic. Bertach. ver. expendens.* 1

Quæſtio CLIV.

1 Habitare quis non intelligitur, vbi ſeruum habet.

QVid ſi in loco dominus vnum, vel duos habet ſeruitores: An dicatur habitare cũ familia? Reſp. D. m. Alciat. *conſ. 163. in 5. lib.* quòd non. *allegat l. deteſtatio, §. fi. ff. de ver. ſig.* 1

Quæſtio C LV.

1 Equum ſeruus in lecto deſtringere non debet.

AN liceat famulo ſtare in lecto, & † ſtriglia fricare equos domini? Reſpon. quòd non. Et ideò in obſidione Troiæ in exercitu Græcorum fuſtigabatur Liptopus propter pigritiam ſuam. Nam illo ſegnior fuit nemo vnquã in toto Argolico exercitu. *Ferret. de militari iuſtitia, nu. 103.* 1

Quæſtio CLVI.

1 Domino, cuius rem ſeruus pignorauit, quomodo ſuccurratur.

FAmulus, ſcholaris puta, eius librum pignorat alicui fœneratori, ignorante † domino, quomodo ei ſuccurretur? Reſpon. remedio l. fi. C. de acqui. poſſ. quod eſt valde vtile. ſi quãdo ſcholaris non poſſet probare eius dominium, vel titulũ. *D. Cæſar. Cõtardus in l. 1. n. 86. ſi de momenta. poſſ. fue. ap. fol. 60.* 1

Quæ-

Quæſtio CLVII.

1 Pedagium pro famulis ſoluendum.
2 Priuilegium dominorum an trahatur ad famulos & domeſticos.
3 Priuilegium famulorum quamdiu duret.

DOminus eſt exemptus à ſolutione Pedagij: An † teneatur ſoluere pedagium pro
1 famulis? Reſpon quòd ſic. *Bald. in l. vſurpatione, & ibi per Saly. C. de vectiga. & commiſſis.* Nec valet priuilegium exemptionis, *l. omnium, eod. titu.* Niſi fiat ſpecialis clauſula derogatoria, *ſecundùm Bertachi. in tract. de Gabellis in 7. part. quaſt. 9. Fran. Mar. deciſ. Delphi. q. 423. num. 3. lib.*
2 *2.* Nam priuilegium † conceſſum dominis non trahitur ad famulos, *ſecundùm magis communem opinionem, de qua per Capici. deciſ. 12. Hercula. in tracta. de Cautione de non offen. cap. 19. nu. 3. & num. 4.* Et an priuilegium conceſſum alicui, traſiatur ad eius adhærentes, famulos, familiares, factores, & huiuſmodi? Vide ibi Dec. *in regu. in omnibus, num. 9. ff. de reg. iur.* Et
3 priuilegia conceſſa famulis, fauore † dominorum, durant, quamdiu ſunt in eorum ſeruitio, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, & conſequenter ceſſante cauſa fauoris, ceſſat fauor. *Tyraquellus ceſſante cauſa, verſi. fauoris cauſa. num. 104.*

Quæſtio CLVIII.

1 Famuli quando teneantur Papam adire.

1 AN famuli, qui † ſeruilis nó ſunt conditionis, ad hoc, vt abſoluantur à manuum iniectio-

iectione, quam in clericos intulerunt, Papam adire tenentur? Reſpon. quòd ſic. *Franc. Mar. deciſ. 826. lib. 2.* Fallit, ſi eſſent minores 25. annis, *vt in deciſ. 868. eod. lib.*

Quæſtio CLIX.

1 *Soluens famulo creditoris an liberetur.*
2 *Factori ſoluens liberatur.*
3 *Mittens rem per aliquem quando excuſetur.*

NVnquid debitor ſoluens † famulo creditoris, de quo creditor confidere conſueuit: & fugiat: liberatur? Reſpon. Alexand. *in l. argentum, ff. commodati.* quòd ſic. Licèt cùm re, vel pecunia fugiat. *Bart. in l. eum qui. §. ſi. eod. tit. Bald. in l. ſi is. C. de fur.* Idem, ſi ſoluat † Factori Apothecæ. *Caſus eſt ſingularis, ſecundùm Dyn. in l. quòd ſeruus, in ſi. ff. de ſolu.* Et ſi quis mittit rem per aliquem inopem, † non tenetur, ſi erat bonus, & legalis: ſecùs, ſi malus, quia ſibi imputet. *Barto. in l. ſi ſuſpectum, ff. de ſuſpect. tuto. & Alexan. in d. l. argentum.* 1 2 3

Quæſtio CLX.

1 *Dominus an & quando pro famulo teneatur.*

AN Dominus † pro ſeruo, vel famulo teneatur Statuto? Reſpond. deciſ. Tholo. 195. Et quando Statutum vult dominum teneri pro famulo: Intelligitur, quando erat famulus tempore delicti. *Bart. in l. Titius, ff. de teſtam. mili. Areti. Inſtit. de legiti. agna. ſucceſſio. nu. 3. in princi. vide D. m. Alcia. in tract. Præſump. regu. 3. Præſumptio. 40. vbi ponit fallen.* Et de validitate 1

Digitized by Google

ditate ipſius Statuti. Ana. *conſil.2.* vbi etiam, An per Statutum induci poſſit, vt dominus teneatur pro famulo? Et Albe. tenet, quòd ſic. *In quæſtio. ad Statuta. q. 50. in 1. parte & q. 52. Arno. Dialo. 4.*

Quæſtio CLXI.

1 *Famulus non fit filius, licèt eum dominus filium nominet.*

1 QVid ſi dominus † nominat eius ſeruum, filium: An ideò eum facit filium? Reſpon. quòd non. *l. vnic. §. ſimili modo,* C. *de latina liberta. tollen.* quia non attẽditur denominatio, ſed effectus. *Gomeſ. in reg. Cancella. tit. de Trienna. poſſ. q. 4. litera E. pag. 338.*

Quæſtio CLXII.

1 *Furem non eſſe, qui promiſit, tenetur commiſſo furto.*

QVid ſi ex pacto quis promiſit ſeruum, vel famulum furtum non facere, An teneatur,
1 † ſi furtum faciat? Reſpon. quòd ſic. *text. eſt in l. Non impoßibile, ff. de pac.* Nam qui neglexit ſeruum fieri furem, tenetur ex pacto, quo promiſit, ſeruum furtum non facere. *Gomeſ. in regu. cancellariæ. de trienna. poſſe. q. 28. in epilogo negligentiæ, caſu 38. pag. 397.*

Quæſtio CLXIII.

1 *Culpæ nomine dolus continetur.*

2 *Fideiuſſores pro famulis accipiendi.*

QVid modò, ſi me tibi obligaui de culpa ſeruitoris: An intelligor obligatus etiam de dolo? Reſpon. Barto. quòd ſic.

in

in l. magiſtratus, ff. de magiſtra. quia ſub nomine culpæ † comprehẽditur dolus. *Bart. in l. quòd Nerua. in 3. colum. ff. depoſ. Aret. in §. præterea, nu. 22. Inſtitu. de actio. Abb. in c. 1. de mand. Alexan. in l. etiam, §. licèt, ff. ſolut. matrim.* Et ſi dominus tenetur pro delicto famuli, etiam ex ſtatuto, requiritur, quòd ſit ſeruus tempore delicti. Aliàs non tenetur. *Aret. Inſtit. de legiti. agnato. ſucceſſio. in princip. num. 3.* Et obligatus ex delicto famuli, dicitur obligatus ex quaſi delicto, *§. 1. Inſtit. de obliga. quæ ex quaſi delic. & Floria. in l. 1. §. quòd cum, ff. de iis, qui deiece. vel effu.* Quando autem teneatur fideiuſſor famuli? ponit Boſſi. *in pract. tit. de carcerato, nu. 58.* Caueant itaque omnes, † ne accipiant famulum, qui non poteſt inuenire laudatorem, & fideiuſſorem, vt diſcant exemplo Petri Rauen. *in eius aureo alphabe. in verſ. famulus, in fi.* quia tales ſunt trufatores. 2

Quæſtio CLXIV.

1 *Punitur qui non eligit bonum ſeruum.*

AN negligentes in non † eligendis bonis ſeruis, & miniſtris puniantur? Reſp. quòd 1 ſic. *l. ſi ſeruum, §. ſeruum, & §. fornicarius, ff. ad l. Aquil. Gomeſ. in regu. cancellariæ de triennali poſſe. q. 28. caſu 49.*

Quæſtio CLXV.

1 *Rationes reddere vetitus, eſt excuſatus.*

QVid ſi ſeruus ſit vetitus † rationes reddere à teſtatore: An negligens teneatur? 1 Reſpond. quòd non. *caſus eſt not. in l. ſi ſeruus vetitus.*

titus, ff. de legat. 1. Gomeſ. in regu. cancella. de trienna. poſſ. caſu 7. q. 28. pag. 404.

Quæſtio CLXVI.

1 *Famulum an dominus ligare poſſit.*

2 *Periculum à famulis.*

1 NVnquid dominus pro domeſticis minoribus delictis ligare ſeruum, † aut carceri mancipare queat? Reſpon. quòd ſic. Et idem in famulo mercenario, qui moderatè caſtigari poteſt, *vt dicit Ioan. Fabr. Inſtit. de ijs, qui ſunt ſui. §. ſed hoc tēpore.* Sed tutius eſt, eos ſinere a-
2 bire: ne id contingat, † quod contigiſſe dicit D. Mantua Franciſco Parmæ, & Franciſco Niconitio, qui fuerunt à famulis interempti. *D. Mantua in catalogo Doctorum.*

Quæſtio CLXVII.

1 *Socius an de damno, quod famulus dedit, teneatur.*

1 QVid ſi famulus † alterius ex ſocijs dedit damnum: An eius dominus teneatur? Reſpon. Aut famulus ſocij fuit talis, de quo præſumebatur, quòd faceret damnum Et tenetur. Aliàs ſecùs. *l. eum qui. §. ſi. ff. commo. l. videamus ff. locat. iuncto. tex. Inſti. de noxali. in prin. ita Io Fab. in c. Socius. nu. 3. Inſt. de ſocieta.*

Quæſtio CLXVIII.

1 *Periculum pecuniarum per famulum miſſarum cuius ſit.*

1 MItto tibi pecunias per † famulum, vel nũtium meum, & eas perdit: Cuiuſnam erit periculum? Reſpond. vt in l. non ob eam. ff pro

ff.pro ſocio.facit l.de illo.§.1.in gloſſ. ante. in fin, & l.planè.pro ſocio.10.Fab.Inſt.de Societa.§. ſocius.num.3.vide omnino Emmanuelẽ Soarez, in eius theſauro communium opinionum. ver.furtũ. nu.400.

Quæſtio CLXIX.

1 Mittens pecuniam per famulum, an liberetur.

QVid ſi furtum ſit factum à famulo, vel † 1
ſeruo mittentis rem aliquam alicui, vel à ſeruo recipiẽtis illã: An liberatur mittens, vel is ad quẽ res mittitur? Reſpon. quòd ſi ſeruus eius ſit conditionis, quòd & ſimilia negotia gerere ſit ſolitus, furti damnum patietur ille, ad quem res eſt remiſſa. *Et iſta eſt cõmunis opinio Soarez in verſ. Furtum. nu. 400.* Niſi res illa ſit pecunia aut res aliqua, quã in genere deberet eius miſſor. Vel niſi expreſſè fuiſſet conuentum, rem illam à debitore apportandam eſſe creditori. *Vide ibi latius. & Cagnol. in l.1.§.ſi procurator. nu.3.ff.ſi quis ius dicen.non ob. & dixi ſuprà.*

Quæſtio CLXX.

1 Rationes debent reddi cum libris.

NVnquid ſeruus, qui alicui † tenetur reddere rationes, illarum libros reddere cogatur? 1
Reſp. quòd ſic. *Et iſta eſt communis opinio. Soarez Communi opi. ver. rationes.*

Quæſtio CLXXI.

1 Furtum famuli punire dominus poteſt.
2 Iudex magnũ furtum famulorum punire poteſt.

QVid ſi † famulus facit furtum domino: An poterit dominus eum punire? Reſ- 1

 pon.

Digitized by Google

pon quòd ſic. Leui ſcilicet pœna, & eum in carceribus ponere. Si autem ſeruus eſſet inobediens, & nollet rē furtiuam reddere, poteſt dominus adire Iudicē, & eius officium implorare qui ſeueriùs vindicabit. *Ioan. Fabr. in §. hi qui in parentum. Inſtitu. de oblig. quæ ex delic. naſ.* vbi ſubdit, quòd ſi ſeruus, vel filiusfamilias tradat rem furtiuam ſcienti rem furtiuam, & acceptanti, tenetur furti. *l.*
2 *eos. C. de furtis.* Et idem dici poteſt in Abbate, & Monachis *c. quanto de offic. ordi.* Nec † iudex poteſt aliter ſe intromittere ex officio, nec punire famulos, niſi eſſet magnum furtum, & magnæ rei. *probat Ioan Fabr. ibi. Vide gloſſ. verſ. familiæ. in Prag. de collatio.*

Quæſtio CLXXII.

1 *Seruientes qui dicantur.*

1 QVæro quinam ſint † ſeruientes? Reſpon. Guil. Rouille. *in tractat. de iuſtitia & iniuſtitia,* quòd ſunt officiales, per quos litis executio, & ipſius cauſæ reparatio iubente Iudice expeditur. *Azo in rub. de Sportulis,* & diuerſimodè vocantur.

Quæſtio CLXXIII.

1 *Præfectus territorij tenetur de furto famulorū.*
2 *Exhibendo malefactores liberatur Poteſtas.*

1 ALiquis eſt † præpoſitus ad cuſtodiam alicuius Territorij, & eſt facta robaria ibidē per eius famulos: An teneatur pro eius famulis dominus? Reſpō. quòd ſic. *l. 1. § familiæ. ff. de*

Digitized by Google

ff. de publica. Sic & Poteſtas, & Rector tenetur pro eorum famulis. *l.ſi poſt. C de Adſeſſo.* Liberantur tamen prædicti,† exhibendo malefactores, *vt in d.§. familiæ, & l.ſi cùm exhibuiſſent, ff. de publi. & in glo. familiæ, in Pragma. de colla. & ſupraſcripſi.* 2

Quæſtio CLXXIV.

1 *Exhibendo malefactorem an liberetur hoſpes.*

2 *Nauta tenetur de maleficio famuli.*

DIctum eſt *ſuprà*, quòd Rector hoſpitij tenetur pro famulo malefactore. Sed an ſufficeret exhibere † malefactorem? Reſpon. quòd non. Sed eſt in optione damnificati agere, vel contra dominum hoſpitantem, vel contra famulos. *l. 1. ff. furti aduer. nautas.* Latè Bald. *in l. obſeruare ff. de offic. proconſulis.* Vbi idem dicit in nauta,† qui tenetur ex maleficio facto per eius famulum, ciuiliter tamē. *in Pragma. de collatio. in gloſſ. familiæ.* 1 2

Quæſtio CLXXV.

1 *Dominus tenetur pro delicto famuli.*

NVnquid † dominus tenetur pro delicto famuli, commiſſo in re, cuius cuſtodia ſpectabat ad dominum? Reſpon. quòd ſic. *Alex. in l. Ne quid, de incendio, ruin. naufragio.* 1

Quæſtio CLXXVI.

1 *Habitare dicitur famulus, vbi dominus.*

VBinam dicatur † habitare famulus? Reſp. *Bart. in conſi. 42. nu. 3.* vbi dicit, quòd dicitur habitare, vbi habitat dominus. *vide ſuprà.* 1

Quæſtio CLXXVII.

1 Coloni famulus corrigi à domino poteſt.

1 NVnquid liceat domino † verberibus afficere ſeruum ſui coloni in correctionem? Reſpon. quòd ſic. Calepha *poſt conſi. crimi. deciſ. 4.* vbi famulus mei coloni, damnum dans in fundo meo, tanquàm famulus & mercenarius per me dominum caſtigari poteſt.

Quæſtio CLXXVIII.

1 Famulus non tenetur ſtare cum hæredibus domini.

1 AN diſcipulus, ſeu fabri † famulus, qui conuenit ſtare cum magiſtro per triẽnium, & dare totũ lucrũ, quod faceret, mortuo magiſtro, teneatur ſtare cum hæredibus, & eis lucrum dare? Reſpond. Alberi. *in l. inter artifices.* quòd non, *ff. de ſolu. & ibi latius.*

Quæſtio CLXXIX.

1 Probatio famuli, quòd ſit de familia.

1 QVomodo probabit † famulus, quòd ſit de familia? Reſpon. Ang. *in l. 1. §. quòd nouiſſimè, ff. de publica.*

Quæſtio CLXXX.

1 Officium ſuum quomodo probet famulus.

1 QValiter probabit famulus quòd † ſit præpoſitus ad tale officium? Reſpon. Ang. *in l. 1. §. quòd nouiſſimè, ff. de publica.*

Quæſtio CLXXXI.

1 Saluus conductus comprehendit famulos.

1 COnceſſus fuit domino ſaluuſconductus: An † comprehendat eius ſeruum? Reſpon. quòd

quòd ſic. *Ferrettus de fide ſeruanda, nu. 12.* Sic & ſocij, & res domini *Hercula. de cautione, cap. 37. Fely. in c. vrgentis, de hæret. Cagnol. in l. ea ſola, ad fin. ff. de reg. iur.*

Quæſtio CLXXXII.

1 Pedagio à famulo non ſoluto, an confiſcētur merces domini.

FAmulus meus tranſit mercantias meas abſque † ſoluendo pedagium: An propter hoc 1 mercantiæ ipſæ debeant dici confiſcatæ? Reſpon. Guido Papa *ſingul. 21.* Doctor. *in l. 1. C. de ſeruis exportan.*

Quæſtio CLXXXIII.

1 Tutoris famulus poteſt teſtari in cauſa pupilli.

AN famulus tutoris † poteſt eſſe teſtis in 1 cauſa pupilli? Reſpond. quòd ſic. *Bald. conſi. 444. in 1. part.* idem, ſi ſit famulus Abbatis, poteſt eſſe teſtis in cauſa monaſterij.

Quæſtio CLXXXIV.

1 Dominus non tenetur de eo, quod accidit præter mandatum.

MAndans † famulis dominus decimam per- 1 cipere de aliquibus campis: Si inuenerint reſiſtentes, & venerint ad arma: An ſi quiſquā reſiſtentium occidatur, mandans teneatur? Reſp. Cæpola, quòd non. *in conſi. 36. num. 8.*

Quæſtio CLXXXV.

1 Famulus an præſumatur occiſus à domino.

FAmulus, † vel famula reperitur in domo 1 alicuius mortuus vel mortua, aduerſus

 quem

quem ſtabit præſumptio? Reſpon. Grammat. *voto 23.* aduerſus dominum, quòd eum, vel eam occiderit, vel à domina, ſi dominus eſt abſens.

Quæſtio CLXXXVI.

1 Ob negligentiam famuli tenetur dominus.

1 FAmulus tuus immiſit equum in re mea, vel fortè paſtus eſt maleficiosè, † vel negligẽtia, vel obdormit, vel alibi erat. Et equus blada, vel prata mea depaſtus eſt: An tu dominus mihi teneberis? Reſpon. Io. Fab. quòd ſic. *Inſt. ſi quadru. paupe. ſe. di. num. 10.* Si fuiſti in culpa in eligendo malè hunc famulum, quæ mala electio ſemper eſt in culpa. Niſi probaueris diligentiam in eligendo, cùm recepiſti, *c. innotuit. de electio.*

Quæſtio CLXXXVII.

1 Lucrum famuli an pertineat ad dominum.

1 FAmulus aliquis accipit † pro domino pecuniam, eo tamen inſcio: & cum ea lucratur: An iſtud lucrum conſequatur dominus? Reſpon. quòd ſic. Si famulus erat pauper, & pecunia accepta erat ad periculum domini. *Summa Angeli. verſic. reſtitutio, num. 11. ver. famulus.*

Quæſtio CLXXXVIII.

1 Inquiſitio, quòd famulus mandauerit domino, non valet.

1 AN teneat † inquiſitio, in qua continetur: Qualiter famulus mandauerat domino ſuo, vt tale perpetraret facinus? Reſpon. quòd

non.

non. *Bald.in l.1. C.de ſeruis fugi.*

Quæſtio CLXXXIX.

1 Commodatarius an teneatur de furto famuli.

QVæritur: fuit factum furtum à ſeruo, vel famulo accommodato vnà cum re accommodata: An teneatur † commodatarius? Reſp.quòd non. Eſto quòd aliàs teneretur de cuſtodia, *l. ſi vt certo, §. ſi de me, & §. ſeq. ff. commod.* Idẽ, quando fuiſſet tranſmiſſus famulus, vt cuſtodiat rem commodatam, quia tunc commodatarius non tenetur de cuſtodia, *l. ſi ſoluturus, ff. de ſolu.* Et hoc ſi ab initio fuiſſet trãſmiſſus, ſecùs ſi poſtea. Et hoc, niſi perijſſet apud ipſum famulum, *d. §. ſi de me, & ibi Bart. Imola in c. vnico, commodo. Capra regu. 78. nu. 62. & ſeq. vide omnino Pariſ. conſ. 156. num. 25. & 26. in 4. vol.* 1

Quæſtio CXC.

1 Principalis an teneatur de facto famuli.

NVnquid principalis † teneatur de facto eius famuli? Reſpon. Angel. *in l. debitor, ff. de pignor. & hypothe. per glo. in l. ex facto, ff. de negot. geſt.* 1

Quæſtio CXCI.

1 Locatio in fraudem fiſci non valet.

QVis, vt non ſolueret collectas, ſe pro famulo locauit alicui, qui erat immunis: An nihilominus debeat ſoluere collectas? Reſpond. Ferrettus *de Gabellis, num. 524.* quòd ſic. Et talem non ſubſiſtere locationem, † in fraudem fiſci propter dolum. *l. fin. ff. pro ſocio.* 1

Digitized by Google

Quæſtio CXCII.

1 Mercedes famulorum an præcedant legitimam.

1 AN relictum † factum ancillis & ſeruitoribus pro ſtipendio illis fortè pro toto tempore vitæ ſuæ debito, præcedit legitimam in computatione? Reſpon. Alexand. *conſil. 31. lib. 1.* Cagnolus *in l. Papinianus, §. quarta, num. 11. ff. de inoff. teſtam.*

Quæſtio CXCIII.

1 Victus famulo legati nomine quid contineatur.

2 Alimenta quomodo ſint præſtanda.

1 QVid ſi teſtator legat victum eius famulo in domo, vt quotidie faciunt teſtatores: quidnam videatur legatum? Reſpon. Barto. *in tracta. de alimen.* quòd videntur legata omnia, quæ ad victum ſunt neceſſaria, *l. quos nos, §. verum, ff. de verbor. ſignific.* Et debent alimen-
2 ta præſtari † ſecundùm qualitatem perſonæ, & quantitatem patrimonij, *l. 1. de alimen. lega.* Non tamen præſtabuntur illa alimenta, quæ ſui tantùm gratia præſtabat teſtator. Vnde nõ habebunt veſtes domicellares, quibus vti ſolùm ſolebant, cùm domino ſeruiebant ad mẽſam, *vt l. Seio. §. final. ff. de annuis lega. Vitalis in tract. clauſularum, vbi de alimentis agit, num. 215. pag. mihi 634.*

Quæſtio CXCIV.

1 Bona intelliguntur, deductis expenſis & ſalarijs.

1 QVid ſi quis ex priuilegio, vel conſuetudine, ſibi prætendat competere † bona eccleſiæ

cleſiæ vacantis: An debet intelligi de his tantùm, quæ ſolutis expenſis & ſalarijs famulorũ atque oneribus ſuperſunt? Reſpon. *Rota deciſ. 702.* quòd ſic. *per c. præſenti. §. porrò. de offic. ordinan. libr. 6. Tyraqu. de retractat. §. 15. in gloſſ. 1. nu. 7.*

Quæſtio CXCV.

1 Dominus an teneatur de homicidio ſerui.

AN teneatur † dominus de homicidio, ſi dixit eius famulo, da vnum gnocum illi, ſi non vult recedere. & ille illum occidit? Reſpond. *Iaſ. conſil. 188. num. 3.* 1

Quæſtio CXCVI.

1 Famulus non indicans domini periculum punitur.

QVid ſi † famulus ſciret aliquos decreuiſſe de nocte ingredi domum domini, & dominum ipſum trucidare, idque ei non notificaret: An dicetur reus mortis? Reſpon. *Clar. quæſt. 87. verſi. punctus. ad fin.* quòd ſic. *argum. l. 1. §. occiſorum. ff. ad Sylla.* 1

Quæſtio CXCVII.

1 Collectam pro famulo dominus non ſoluit.

AN dominus pro† ſeruo collectam ſoluere teneatur? Reſp. Bart. quòd non. *in l. ſi penes. in fin. in addit. C. de agrico. lib. 11.* 1

Quæſtio CXCVIII.

1 Statutum an valeat, vt quis teneatur pro delicto famuli.

NVnquid valet Statutum quòd quis teneatur pro delicto famuli? Reſp. Bart. *in l. 1. §. familiæ, ff. de publica.* 1

Quæſtio CXCIX.

1 *Gabella an ſit ſoluenda pro famulis.*

1 AN dominus pro† famulis habeat ſoluere gabellam? Reſpon. quòd ſic. *Bal. Saly. & alij in l. vſurpatione. C. de vectiga.*

Quæſtio CC.

1 *Collegiatorum priuilegia non pertinent ad famulos.*

1 PRiuilegia Collegiatorum, †An extendantur ad famulos Collegarum? Reſpõ. quòd nõ. *Ang. in l. Titius. §. fi. ff. de excuſ. tut.*

Quæſtio CCI.

1 *Suſtentatio quid contineat.*

QVidam legauit in teſtamento, quòd famulus ſuus ſuſtentaretur in domo ſua, toto tẽpore vitæ ſuæ. Quæritur quo-
1 modo quis dicatur† ſuſtẽtari? Reſp. quòd debet habere victũ & veſtitũ, vt probat *tex. iunct. gloſ. in c. omninò 31. diſt. gl. in c. Epiſc. 10. q. 2.* vbi appellatione cibariorũ nõ veniunt veſtimẽta, nec appellatione alimentorum continentur medicinæ. *gl. fi. in c. nihil 7. q. 1. Petr. Rauen. in eius Alphabe. aureo. ver. in notabilib fol. 185. colum. 1.*

Quæſtio CCII.

1 *Legatum famulo ſub conditione, quæ voluntate domini defecit, debetur.*

1 TEſtator reliquit eius famulo libras centum, in memoriam fidelis & † legalis ſeruitij, & obſequij ſibi præſtiti. Et hoc, ſi tempore mortis ipſius teſtatoris habitabit

pro

Digitized by Google

pro famulo in eius domo, nec aliter, nec alio modo. Quid ſi continuata ſeruitute, vxorem acceperit conſentiente patrono, & quandoque cum ea pernoctauerit, præſtitis ideò nihilominus domino debitis ſeruitijs, an conſequetur legatum? Reſpond. D. m. Cephalus, quòd ſic. *in conſil. 80. in 1. part. Bart. in l. ſi quis ita verſ. facit etiam pro Rectoribus. ff. de verbor. oblig.* Vbi dicit, quòd teſtis probat: Vidi Poteſtatē continuè retinere famulos, licèt quandoque famuli iuerint extra Territorium. *Bard. in tractat. de tempore vtili, vel continuo. cap. 17. num. 4. Archiepiſcopus Flor. in eius ſumma. par. 1. tit. 16. Vbi de 5. lege, quæ dicitur conſuetudo, agit. §. 4. colum. 2. in fin. & ſeq. Bart. in l. nulli. C. de offic. Recto. prouin.*

Quæſtio CCIII.

1 Merces famulis quando ſolui debeat.

AN famulis † merces debita ante ſolutas decimas perſolui debeat? Reſpon. quòd non. *c. cùm homines. extra de decimis.* 1

Quæſtio CCIV.

1 Seruire inferiori eſt dedecus.

AN dedecus ſit † ſeruire inferiori, vel ſe deteriori? Reſpon. Pet. Rauen. *in ſuo aureo Alphabe. in nota. extrauagan. col. fi. ver. Vitium libidinis, l. 1. C. de Sena. conſul. Claudia.* vbi Bal. dicit, quòd ſic. 1

Quæſtio CCV.

1 Pharmacopola an excuſetur, vendens toxicum.

Aro-

AROmatarius vendidit toxicum ſeruo,
1 qui ſibi dixit, velle interficere mures: An † excuſetur aromatarius, ſi quid deterius contingat? Reſpon. quòd non. *Marſil. in l. 2. §. alia. ff. ad l. Cornel. de ſica.* Arnol. *Dialogo 44.* Vbi admonet Aromatarios, ne malum venenum vendant fatuis, ſeruis, vel meretricibus. Sed poſſunt vendere perſonis probis, & patribusfamilias, in quibus nulla cadit ſuſpicio; non autem perſonis ſuſpectis, quæ velint & poſſint vti toxico illo in alterius damnum. *Pariſ. conſ. 167. per totum, in 4. volum.*

Quæſtio CCVI.

1 Securitas de non offendendo, etiam pro famulis peti poteſt.

1 QVis timet offendi ab aliquo: † An poſſit petere à iudice ſibi præſtari cautionem, fideiuſſorem, & ſecuritatem, ſi nõ poſſidet immobilia: non tantùm pro ſe, ſed pro familiaribus & complicibus? Reſp. quòd ſic. *Pet. Rauen. in ſuo aureo Alphabeto, verſic. offendi.*

Quæſtio CCVII.

1 Ciuitas tenetur, ſi ſeniores non veſtiant famulos exemptis.

2 Familiaris, & domeſticus, ſynonyma.

1 PRiores, vel † Anciani, pro induendis, & veſtiendis famulis recipiunt pannum à mercatoribus, ſed poſtea non induunt: An teneatur Ciuitas? Reſpon. quòd ſic. *Caſt. in l. ciuitas, colum.*

Digitized by Google

colum.3.num.11.ff.ſi cer.pet. quòd dicit not. & ſing. Nã non oportet probare pannũ eſſe cõuerſum in vtilitatẽ ciuitatis, vel eccleſiæ, ſi Abbas fuit, qui pro induendis monachis recipit pannum à mercatoribus. & not. quòd familiaris † id eſt, de familia, & domeſticus, 2
ſunt ſynonyma *Areti. in c.literis, de teſtibus. Felin.ibi in 1.& 2.concluſ. Zaſius conſil. vlti.nu.7.par. 2.fol.351.*

Quæſtio CCVIII.

1 Quietantia quomodo relinqui debitoribus à famulis debeat.

QVotidie videmus dominos & mercatores, mittentes ſeruitores cum mandato, ad eorum debita per campos & loca exigenda, & leuanda: An teneantur iſti ſeruitores cuilibet debitori dimittere vnum originale inſtru- 1
mentum? Reſpon. quòd non. quia ſufficit † oſtendere debitori, & Notario originale, qui Notarius habet inſerere illud in inſtrumento quietationis de verbo ad verbũ, & plura exépla facere, ſi & cùm opus ſit. *Beroius deciſ. 281. num.6. colum.2. in 2. par. fol. 108. colum.1. circa medium.*

Quæſtio CCIX.

1 Legatum ſeruo præſumitur intuitu domini.

AN legatum † ſeruo factum, intuitu ipſius, vel domini, præſumatur factum? Reſpon. 1
Domini intuitu. *Bald.in Authent. ſimiliter, verſic. quid ſi donatur. C. ad leg. Falcid. per. l. filio, verſi. directè, de condit. & demonſtrat.*

Quæ-

Quæſtio CCX.

1 *Poteſtas quando pro famulo non teneatur.*

1 AN teneatur† Poteſtas pro famulo ſuo, contra quem teſtes deponunt, non ſpecificato nomine? Reſpond. Bald. *in addit. Speculat. de acc. verſ. ſed quid ſi ſtatutum ſecundo.* Et an pro famulo contumace & an pro familia per ipſum non electa, ſed per cõmunitatem? Et an pro famulo mortuo, vel exbannito? *eod. tit. verſ. ſed nunquid Poteſtas.* vbi, quòd non. *Firma. verſic. Officialis ſyndicatur, verſic.* 47. *Felin. in c. petij, vltim. colum. de homicid. Paris de Puteo de ſyndica. in ver. an ex eo. Firma. ver. Poteſtas ſyndicatur, verſic. vlt.*

Quæſtio CCXI.

1 *Secretum quid dicatur.*

1 SEcretum† quale dicatur? Reſpon. illud etiam, quod dominus non vult ſciri à ſeruo. *l. eius, qui. in fin. ff. ſi cert. peta. Firman. in Reperto. verſic. ſecretum.*

Quæſtio CCXII.

Seruitus præſumitur ex longiſſimis ſeruitijs.

1 AN ſeruitus † præſumatur ex longiſſimis ſeruitijs? Reſpond. gloſ. *in verſic. ancillis.* & Bald. *in l. 2. C. de ingen. & manu.* quòd ſic.

Quæſtio CCXIII.

1 *Famulus inobediens non debet habere ſalarium.*

1 FAmulus non eſt† obediens domino: An debet habere ſalarium? Reſp. Bart. *in l. Neſennius. ff. de excuſ. tut.* quòd nõ. *Firma. ver. famulus. vbi plenè, de famulis.*

Quæ-

Quæſtio CCXIV.

1 *Poteſtatis famulum offendens, quando non teneatur.*

Aliquis † offendit Poteſtatis famulum: Stat ſtatutum, quòd offendens ſamiliam poteſtatis puniatur. Iſte offenſus non habet diuiſam, vt moris eſt: An offendens tenebitur ſtatuti pœnæ? Reſp. quòd non. *Floria. in l. ſi putator. ff. ad leg. Aquil. Firma. verſ. offendens famulum.* 1

Quæſtio CCXV.

1 *Probari depoſitum quando poſſit per famulos.*

2 *Deponenti quando deferatur iuramentum contra depoſitarium.*

QVidam mercator in cuſtodiam dedit, & conſignauit cuidam duas capſas plenas bonis, & diuerſis rebus, clauibus clauſas & firmatas & ſigillo cereo obſignatas, quæ fuerũt diſſigillatæ, & bona illa ſurrepta: An bona intus poſita in illis capſis poſſint per † famulos 1 ipſius deponentis & familiaribus probari, & quænam ſint, & qualia? Reſpond. Pariſ. *conſil. 74.* quòd ſic. *num. 12. in 1. volum.* Et ibi ponit, quando deferri poſſit iuramentum deponenti contra † depoſitarium & cuſtodem de 2 quantitate bonorum. *& vide etiam Pariſ. conſil. 75. num. 22. in 1. vol. Plot. in l. ſi quando, num. 400. C. vnde vi. Marſil. conſi. 23. in 1. Dec. in l. 2. nu. 12. in 2. lectu. ff. ſi cer. peta.*

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtio CCXVI.

1 Actus occulti poſſunt probari per domeſticos.

1 QVæritur † an actus occulti probari poſſint per domeſticos & pediſſequas? Reſpond. quòd ſic. *Pariſ. conſil. 10. num. 87. in 2.* puta, quòd ſecretò adulter oſculabatur eius filium ſpurium, licèt filium, propter honorem matris coniugatæ & viri: & nutriebat ſecretò chariſſimè, & vt filium tractabat.

Quæſtio CCXVII.

1 Vxor an dicatur viri famula.

1 AN vxor viri † famula dicatur? Reſpond. Bald. Nouell. *in tractat. de dote, part. 10. numer. 10.* quòd ſic. quodam (ſcilicet) reſpectu.

Quæſtio CCXVIII.

1 Vſurarij ſeruus an conſequatur mercedem.

2 Serui vſurariorum tenentur reſtituere vſuras.

1 AN † ſeruitor ſeruiens vſurario poſſit cõſequi mercedem ſuam? Reſpond. quòd ſic. ſi ſeruit in licitis: ſecùs ſi in illicitis, & quando ſciebat dominum eſſe vſurarium, quia ſibi imputet. Archiepiſcopus Flor. *in eius ſumma, par. 2. tit. 9. §. 1. de cooperatione & participatione vſuræ.* Vbi etiam in §. 1. dicit, quòd ſerui ſtantes in perſona vſurariorum ad mutuũ, tenentur reſtituere vſuras. *Vide omninò.*

Quæſtio CCXIX.

1 Seruus primò, cui ſe locauit, ſeruire tenetur.

1 FAmulus duobus † ſucceſſiuè ſe locauit, cui primò ſeruire debet? Reſpon. primo domino

mino ſeruire tenetur. *Bald. in l. operis, in 1. lect. in fin. ff. loca.*

Quæſtio CCXX.

1 Emphyteuſis poteſt famulo concedi ſine conſenſu domini.

AN Emphyteuta volens dare in feudum rem emphyteuticam alicui ſeruitori ſuo, 1 † teneatur domini requirere conſenſum? Reſpond. Speculat. *titul. de emphyteu. num. 155. qu. 129.* quòd non.

Quæſtio CCXXI.

1 Officialis an recuſari à famulo poſſit.

AN Officialis poſſit † recuſari, vt ſuſpe- 1 ctus, qui velit punire eius famulum? Reſpond. Aut delictum eſt notorium, vel iniuria eſt notoria, & notoriè concernens officium, & pœna eſt à iure taxata, & non poſſet recuſari. Secùs, ſi pœna eſſet iudicis arbitrio taxanda, quia poſſet recuſari. *Iaffred. deciſ. 44.*

Quæſtio CCXXII.

1 Feriæ non obſtant famulo petenti ſalarium.

FAmulus, qui non habet, vnde ſe alimentet, petit ſalarium: An † obſtent ſibi fe- 1 riæ? Reſpond. Bald. quòd non. *in l. eadem, colum. 2. litera B. ff. de ferijs.*

Quæſtio CCXXIII.

1. Continuè famulos habuiſſe quomodo probetur.

AN ad probandum quem † continuò re- 1 tinuiſſe famulos, ſufficit, quòd teſtes dicant continuò retinuiſſe, quia viderunt

runt eos in prādio,& in cœna? Reſpond. quòd ſic. nec eſt opus, quòd dicant aliquo momentò. *Benintendius deciſ. Bonon. 43. nu. 13.*

Quæſtio CCXXIV.

1 *Minor ætate famulus non poteſt intercedere.*

FAmulus librarij, qui pro domino ſit transmiſſus ad nundinas pro emendo: & ſit minor, licèt ſe obliget pro creditore: An tenet † obligatio, & poſſit vt ſuſpectus de fuga teneri? Reſpon. quòd non. *Grammati. conſil. ciuili. 17. per totum.* quia minor non poteſt intercedere pro alio, & ſe obligare.

Quæſtio CCXXV.

1 *Famulum eſſe, vnde cognoſcatur.*

1 QVomodo cognoſci poſſit † quòd quis ſit famulus? Reſpond. Barto. *l. 1. §. familiæ. ff. de publica.* quòd facilè ex qualitate ſeruimenti, ſeu ſeruitij cognoſcitur, quòd quis ſit famulus. *ſequitur Ioan. de Amicis, conſil. 41. num. 4.*

Quæſtio CCXXVI.

1 *Ornamentorum legato etiam veſtimenta ancillæ continentur.*

1 QVid in legato † ornamentorum ad vſum vxoris paratorum, veniuntne ancillæ veſtimenta? quæ erat ad opus vxoris, quæ eſt eius acceſſoria. Reſpond. quòd ſic. *l. vxori. ff. de auro, & argen. legat. Ioan. de Amicis in conſil. 94. num. 11.*

Quæſtio CCXXVII.

1 *Pactum cum famulo non porrigitur ad hæredes.*

Qui-

QVidam aromatarius fecit pactum cum gargiono pro aliquo, quòd ipſe gargionus ſeruiat per annos quatuor in arte aromatariæ: An iſta ſtipulatio, vel pactum, † porrigatur ad hæredes illius, pro quo fuit ſtipulatus aromatarius? Reſpon. quòd non. *Ioan. de Amicis, in conſil. 100. per totum.* 1

Quæſtio CCXXVIII.

1 Pauper famulus repellitur à teſtimonio.

AN † famulus, & pauper repellatur à teſtimonio? Respond. Bart. *in conſ. 111. col. 2. in fin.* quòd ſic. *Crauetta conſil. 249. nu. 11. in 2. vol.* licèt ſola paupertas non ſufficeret, *vt ibi.* 1

Quæſtio CCXXIX.

1 Contractus ſerui acceptari nequit abſque conditione.

AN dominus poſſit † acceptare ſerui contractum abſque modis & conditionibus? Reſpon. quòd non. *Crauetta conſil. 251. col. penult. ver. non obſtat, in 2. vol.* 1

Quæſtio CCXXX.

1 Delictum famuli ſaltem quaſi obligat dominum.

AN obligatus ex † delicto famuli, dicatur obligatus ex delicto? Reſpon. quòd non. Sed dicitur obligatus ex quaſi delicto. *§. 1. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delic. Flor. in l. 1. §. quod cum ff. de ijs, qui deiece. vel effud. Firma. in Reperto. verſic. obligatus.* 1

Quæſtio CCXXXI.

1 Pro culpa obligatus, etiam pro dolo tenetur.

1 AN † obligatus pro culpa famuli, teneatur etiam pro dolo? Reſpond. quòd ſic. *Bartol. in l. quod Nerua. 2. char ff. depoſiti. Abb. in c. 1. de commod. Alex. in l. etiam. §. licet in dotalib. ff. de ſolut. matrim. Firma. vbi ſuprà.*

Quæſtio CCXXXII.

1 Expellens diuitem cum famulis, an ſingulis teneatur.

QVid ſi ego expellam vnum magnum
1 diuitem, † cum omnibus eius famulis de domo: An quilibet famulorum poſſit agere contra me de ſpolio? Reſpond. quòd non. *l. 1. §. deijcitur. ibi, non tamen ſi colonus. ff. de vi & vi arma. Nata conſ. 18. nu. 19. in 1. volum.*

Quæſtio CCXXXIV.

1 Beroarius an ſit teſtis pro Poteſtate.

1 AN Beroarius † teſtis idoneus pro Poteſtate, vel contra Poteſtatem? Reſpond. Aufrerius, *in tract. de teſtib. nu. 12.* vbi dicit, quòd ſic. ſub diſtinctione tamen, *vt ibi per totum.*

Quæſtio CCXXXIV.

1 Fugientem famulum capere dominus poteſt.

1 AN dominus poſſit † capere famulum fugientem? Reſpond. quòd ſic. *Bartol. in l. fin. C. de liber. exhib. Capolla in l. Marcellus. ff. de verb. ſignific.*

Quæſtio CCXXXV.

1 Iniurians famulum qualiter puniatur.

1 INiurians famulum, an criminaliter puniatur? Reſpon. quòd ſic. ſi in eius contumeliã.

Pet.

Digitized by Google

Pet.Rebuff.in tract.de priuileg.ſchola.priuileg.166. num.7.Tomo 5.

Quæſtio CCXXXVI.

1 Famulum funiculo caſtigans, non habet animum occidendi.

AN caſtigans famulum funiculo, dicatur habere animum vulneradi? Reſp. quòd non. *Alex.conſ.75.lib.3.Herculan.de negatiua, nu.166.* 1

Quæſtio CCXXXVII.

1 Habitatorum nomine an famulus contineatur.

AN ſtatutum loquens de † habitatoribus Ciuitatis, comprehendat famulum, qui ſtat cum alio? Reſpond. quòd ſic. *Bartol. conſil.42.in 1.volum.* 1

Quæſtio CCXXXVIII.

1 Statutum, vt dominus pro ſeruo teneatur, quomodo intelligendum.

STante ſtatuto, quòd † dominus teneatur pro famulo, an intelligatur indiſtinctè? Reſpond. quòd non. Sed intelligitur, ſi famulus commiſit delictum, antequam eſſet dominus, quòd dominus non teneatur. *Gratus reſponſo.5.num.30.in 1.volum.* 1

Quæſtio CCXXXIX.

1 Famulus an poſſit eſſe teſtis de iniuria facta Capitaneo.

AN famulus Capitanei ſit idoneus † teſtis pro offēſa facta ipſi Capitaneo? Reſpon. quòd ſic. ſi tempore factæ offenſæ non erat famulus. *Alexand.conſ.110.in 6. volum. num.6.* 1

Digitized by Google

Quæſtio CCXL.

1 Famuli ſocij an poſſint eſſe teſtes pro domino.

1 GArgiones fundici ſunt ſocij in fundico: † An poſſunt eſſe teſtes pro domino? Reſpond. quòd non. Secùs, ſi non ſunt ſocij, quia poſſunt, nec repelluntur, ſi ſunt bonæ conditionis & famæ, *vt per Ang. in l. quoniam. C. de teſtibus.*

Quæſtio CCXLI.

1 Salario priuatur famulus, qui deliquit.

1 FAmulus† delinquit in officio, an ſuo priuetur ſalario? Reſpon. Caſtr. quòd ſic. *in l. 1. C. de ſtatuis & imagin.*

Quæſtio CCXLII.

1 Famulus an poſſit corrigi per viam iuriſdictionis.

1 AN dominus† poſſit corrigere famulum per viam iuriſdictionis? Reſpon. Bald. *in l. ſi filius tuus. C. de patria poteſta.*

Quæſtio CCXLIII.

1 Famulus an teneatur ſoluere, quæ pro domino emit.

QVis eſt ſeruus alicuius, & fortè expenditor, vel in alio officio exiſtit pro patrono: An finito officio, vel cùm non ſit ampliùs expenditor, teneatur macellario, vel alteri ex proprijs pecunijs carnes in credentia habitas ſoluere; & poſteà regreſſum †
1 contra dominum habere? Reſp. D. Hier. Gabriel. *conſ. 71. per tot. vide etiam omninò Moronū de fide, treuga & pace, qu. 133. & Cur. Iuni. in conſ. 272. per totum, in 3. volum.*

Digitized by Google

Quæſtio CCXLIV.

1 *Pax dominorum an rumpatur per rixam famulorum.*

AN dicatur † pax rupta per famulos principalium, ſi rixa interueniat? Reſpond. Corſet. *in tractat. de pace, num. 28. & nu. 82.* & Moronus *in tract. de fide, treug. & pace. qu. 134. num. 25.* 1

Quæſtio CCXLV.

1 *Alimẽta nobili debita, an extẽdãtur ad famulos.*

ALicui nobili debentur † alimenta, an debeant præſtari pro ipſius ſeruientibus? Reſp. D. Brogninus Caualca. *in tract. de vſufruct. lega. nu. 27. pag. 203.* 1

Quæſtio CCXLVI.

1 *Miles ſubducens famulum alicuius, an teneatur interdicto.*

AN interdicto de libero homine exhibẽdo, ſi miles † ſubducat regacium tuũ, & facit, vt dicat, quòd libenter ſtat cum eo, tenearis oſtendere titulum? Reſp. quòd ſic Contardus *in l. 1. ſi de momentan. poſſeſſ. fuer. appell. in §. 7. nu. 26. fol. 119.* 1

Quæſtio CCXLVII.

1 *Ancilla ſe domino iungens an puniatur.*
2 *Stuprum à domino in ancilla committitur.*
3 *Ancillarum proprium.*
4 *Concubina quid differat à meretrice.*

NVnquid † ancilla ſe commiſcens cum domino ſuo, patiatur aliquam pœnam? Reſpond. Aretin. *in §. eſt autem caſus, Inſtitut. de* 1

 hered.

hæred.inſtit. Clar.*in §. fornicatio . verſic. mulier.* Si quis tamen violenter vteretur ancilla ſua, nec vellet deſiſtere ſi aliter non poſſet euadere malum, licitè fugere poteſt, & dominum dimittere. *Archiepiſ.Flor.in Summa, tit.de furto, cap.15.§.1.col.fin. ad fi.par.2. & tit.5. cap. 7. de*
2 *raptu.§.1.colum.fi.ad fin.par. 2.* Et ſtuprum eſt † ſi dominus propriam ancillam futuat: Si ſit tamen honeſtæ conditionis: quæ honeſtas debet capitulari & probari. quia vt plurimum i-
3 ſtę ancillæ† ſunt meretrices.*Boſſi.titu. de coitu damnato.num.28.vbi fuſius.* Et iſtæ ancillæ, cum quibus commiſcentur domini, non ſunt cõcubinæ. Et, quòd non ſint concubinæ. Reſpõ. Aretin.*in terminis.in conſil.48.& Bermondus de Concubinarijs & concubinis, fol. 187. Concena-*
4 *tius libr.2.quod c.1.nume.1.* concubinam† appellat Demoſthenes in oratione cõtra Neæram, quam propter quotidianam corporis curationem habemus, meretrices verò voluptatis gratia. Vxores porrò ad legitimos liberos procreandos, & fidelem rei cuſtodiam domeſticæ habendam.

Quæſtio CCXLVIII.

1 Filius famulæ an poßit legitimari.

1 AN †filius famulæ, quæ habitat ſeorſum à domino, poteſt legitimari per ſubſequens matrimoniũ? Reſpon. Angel. *in Authent.quib. mod.natur.effic.legiti.in fin. principij.D. m. Cæpha conſil.48.in 1.per diſcurſum.*

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtio CCXLIX.

1 *Nuptiæ cum famula an ſint turpes.*

2 *Filij ex ancilla an legitimentur per matrimonium.*

3 *Charitatis opus eſt, accipere indigniorem.*

4 *Filius famulæ capit legatum in teſtamento patris.*

AN dicantur † nuptiæ turpes, ſi quis accipit famulam, vel famuli filiam? Reſpon. Ruin. quòd ſic. *in conſil.8.num.20.in 3.volum.* Bartol. *in l.3. C. de nupt. in l. ſi rogatus, ff. de manu. vindic. Pet. Rauen. in ſuo aureo Alphabet. ver. nuptiæ, fol.95. colum.2. Cagnol in l. ſi qua illuſtris, C. ad Orſician. num.6. Curt. conſil.136.* Bartol. *in l. penultim. ff. de concubin.* vbi dicit, quòd † filij nõ legitimantur per ſubſequens matrimonium, quando ſunt nati ex ancilla. *Curt. Iuni. d. conſil.136. in 2. Ruin. conſil.92. in 3. volum.* Sed contrarium conſuluit Iaſ. *in conſil. 234. in 2. volu. Gallus in conſi.15. AEmilian. in conſi.31. Nicolaus de Vbald. in tracta. de ſucceſsio. ab inteſt. in 1. par. nu. 63. Paul. de Monte Pico, ſuper §. Titia cùm nuberet, num.66. ff. de lega.2. vbi allegat infinitos Doctores contra Rui. d. conſil.92. in 3. volum. & D. m. Alciat. in tractatu præſumptio, regu. 2. præſump.5. numer.6. Tyraq. de nobilitate, cap.15. num.22. & cap.20. nu.172. Duennas regu.250. fallen.8. Caſſado. deciſ. vnica, de ſponſalib,* Caſt. *conſil.429. in 2.* vbi dicit quòd reputatur intra opera † charitatis, quòd quis hodie accipiat in vxorẽ interdum indigniorem. *Iaſ. d. conſil. D. Oſaſcus deciſ. Pedemont.*

mont.154.per totum. Et hæc opinio eſt vſu recepta, *vt dicit Syluanus conſilio 3.nu. 43. Sub aſterico, ſigno rubeo.* Cùm videamus (inquit) indies contrahi matrimonium inter nobiles & viles perſonas. & quæ ſubſequuntur. Verumenimuero (proh dolor) quia hactenus ob hoc frater meus poteſt dicere:

Heu patior telis vulnera facta meis.

Spiritus Sanctus ſuperueniat ſuper eum, vt in ſe conuerſus faciat, quod ei conueniens eſt.

4 Et not. quòd in † legato facto in teſtamento patris filij nati ex ſoluto & ſoluta, poteſt ſuccedere ipſe filius, licèt mater eſſet famula. D. *m. Alciatus conſilio 58. per totum, lib. vltimi. AEmilian. d. conſilio 31.*

Quæſtio CCL.

1 *Nobilis ancillam ſtuprans tenetur dotare.*
2 *Ancillæ quid imputandum.*
3 *Matrimonium abſq; conſenſu per copulam & verba non contrahitur.*

QVid ſi quis ſtupraret ancillam, & ipſe eſſet
1 nobilis, vel homo in dignitate conſtitutus: An teneretur eam in vxorem accipere? Reſpon. quòd non. Sed teneretur dotare, vel aliter ei prouidere, ſecundùm eius qualitatem & indigentiam. *Abb. in d. c. 1. in 4. not. de adulterijs.* Nam eſt imputandũ ei, quia debuit cogitare † quòd domin faciebat promiſſio-
2 nem in fraudem, vt eam ſubagitaret. *Bermon. in tract. de public. concubin. §. ſtuprum, num. 17. fol. 104.* D. m. Alcia. *conſil. 26. per totum, lib. 1.* vbi

dicit

Digitized by Google

dicit matrimonium † abſque conſenſu non tenere, licèt copula interuenerit: & hoc eſt verum, maximè in foro conſcientiæ. Licèt interuenerit etiã annulli datio, ſiue donatio, & verba inania: Vnde infertur, quòd ſi quis ſolennibus verbis matrimonium cũ aliqua cõtrahat, vt ab illa ſui copiam conſequatur, animo alioquin alienus à matrimonio contrahendo, & cum illa conſuetudinem habeat, eo ſemper fornicandi animo & propoſito, nullis matrimonij vinculis irritetur: quamuis debeat ſub mortiferi peccati pœna, vel cælebs illam in vxorẽ ducere, vel iã maritus ſtupri damnum pecunia reſarcire. *Commune ait Didacus Couarru. de ſponſal. Epitom. in ſecũda par. cap. 2. numero 4. Soarez in eius theſauro Communium opinionum verſic. matrimonium, numero 92.* 2

Quæſtio CCLI.

1 Matrimonium an ex conſuetudine præſumatur.

QVis tenet mulierem & ancillam, & veſtit vilibus veſtibus, & eam mittit aquatũ, & lectum habet ſeparatum, ad quem declinat, quando placet, ipſa verò ad ſuum: An † præſumitur inter eos matrimonium? Reſpond. quòd non. Sed præſumitur ſtuprum. *35. quæſt. 5 aliter, not Abb. in c. illud, colum. 6. de præſumpt. Campeg. in tracta. de teſtibus, regu. 399. verſic. tertiò probatur. vide omninò Bermon. in tracta. de cõcubinarijs, ſuper ver. concubinam dimittat, fol. 187 & Aretin. in conſil. 48. num. 2.* 1

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtio CCLII.

1 *Ancillam ſtuprans, quomodo puniatur.*
2 *Stuprum in vilem ſœminam non committitur.*

1 QVa pœna punitur † ſtuprans ſeruam, vel famulam alicuius? Reſpond. Angel. & Alexand. *in l. inter liberas. ff. de adulter.* quòd punitur pœna extraordinaria. Sed ſcholaſtici accedẽtes ad iſtas maſſaras, vel fanteſcas, non puniuntur. *Angel. in l. inter liberas. & in l. vxor. ff. de adulter. D. Rolan. à Valle, in conſil. 74. nu. 17. in volum.* Nam cum fanticella, quæ eſt vilis † con-
2 ditionis, ſtuprum non commititur. *vt not. Azo in Summa, de concubinis.* Et iniurians virginem ancillari veſte veſtitam, non tenetur, niſi de iniuria facta ancillæ. *l. item apud Labeonẽ §. ſi quis virgines ff. de iniurijs. vbi Alberi. per illum text. Et Angel in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfician. vbi dicit ſe lucraſſe plures florenos.*

Quæſtio CCLIII.

1 *Ancillam abducens quomodo puniatur.*
2 *Raptores qui dicantur.*
3 *Perſuadere plus eſt, quàm cogere.*

QVis † abduxit ancillam alicuius: An puni-
1 atur, & quomodo? Reſpond. Petr. Rauen. *in Alphabet. ver. proditor.* Vbi dicit, quòd ſi eſt amicus abducẽs, punitur tanquàm proditor, & trufator. Si non amicus, punitur aliter, *vt per eum.* Et dici poteſt raptor, etiamſi ipſa ancilla cõſentiat, quia ipſa non vult ſimpliciter, ſed vult verbis perſuaſa. vnde dicit Barto.

in l.

Digitized by Google

in l.3.§.ſi quis volentem, ff. de libe. homi. exhiben. Nota contra illos, qui ſubducunt puellas, & retinent eas, & faciant eas dicere, quòd ſtant voluntariè. quòd not. Petr. Rauen. *ibi, in ver. raptus, colum.2.* contra defenſores eius, qui abduxit eius ancillam, vide Iul. Clar. *in practi. crimin. in §. raptus, ver. adde.* vbi dicit, quòd † raptores etiam dicuntur illi, qui blandimentis & verbis deceptorijs puellas, nulla adhibita vi, libidinis cauſa abducunt, *quam ſententiam communem dicit Berberius in viatorio iuris, titu. de raptor.* quod non eſt mirum attenta immanitate criminis. quod intelligit Clar. modò fiat ad effectum abducendi illas, & in alio loco contra voluntatem ſuorum retinendi. *Petr. Rauen. ver. ſtuprans, vbi ſuprà. Bermond. de public. concubina, §. ſtuprum, num. 29. fol. 109.* Et Imperator appellat tales ſtupratores, nephandiſsimos viros. Quia non oportet laudando augere malitiam. *l. 1. §. ſed vtrum, ff. de ſeruo corrup.* Et maior corruptio eſt, etiã inſtigare, & perſuadere, † quod eſt plus, quàm violentia, & coactio ad malũ. *l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeruo corrupt.* vide Gallum *conſil. 43. per totum*, & Petr. Rauen. *in ſermone ſuo poſt Alphabet.* vbi *in prin.* deteſtatur iſtos blandos raptores, & nephandiſſimos homines, qui virgines tentare non ſinunt, vt peragant eorum vota diabolica.

(margin: 2 beside "vbi dicit, quòd †"; 3 beside "& perſuadere, †")

Quæſtio CCLIV.

1 *Iniuriam familiæ accuſatione perſequi dominus poteſt.*

Digitized by Google

1 AN dominus † poſſit accuſare pro iniuria ſuæ famulæ illata? Reſpon. quòd ſic. *Bart. in l.1.§.idem ait, ff. de iniur. Pet. Rauen. in Alphabe. aureo, ver. iniuria.*

Quæſtio CCLV.

1 Maritus, etiam in vili ancilla committit ſtuprum.

1 AN erit † ſtuprum, ſi vxoratus alienam cognoſcat ancillam liberæ conditionis? Reſpo. Boſſi *tit. de coitu dannato. nu. 27.* quòd ſic: nulla habita ratione vilitatis. Accuſari tamē non poteſt de ſtupro, vel puniri. *Thobias Nonius in conſil. 53.*

Quæſtio CCLVI.

1 Ancillis Clericorum an debeatur ſalarium.

1 QVid ſi non ſit conſtituta merces † ancillæ clerici, vel ſalarium: & ſteterit in eius ſeruitio longo tempore, vel aliquo tempore: An mortuo ipſo clerico poterit ab ea auferri illud, quod retinet ratione ſalarij conſtituti? Reſpond. quòd ſic. Bermon. *de concubi. fol. 325 num. 32. vide omninò.* vbi etiam ſubdit: quòd licèt clericus confiteatur in teſtamento ancillæ ſuæ debere tantum pro ſalario, & non conſtet de aliquo ſalario cōſtituto, & certa mercede, quòd ipſa ancilla non poteſt retinere quidquam de bonis ipſius clerici, & poteſt ab ea auferri ab hæredibus clerici. Debet igitur eſſe cauta, vt faciat ſibi certam conſtituere mercedem ab initio, aliàs remanebit in fine deluſa.

Quæ-

Quæſtio CCLVII.

1 *Excommunicati famulus non incurrit periculũ.*

AN ſeruus, & ancilla participans cum patrono excommunicato, in † excommunicationis periculum incurrat? Reſpond. quòd non. *c. quoniam multa, 11. q. 3. vbi de excommunicatione loquitur minori.* 1

Quæſtio CCLVIII.

1 *Concubinæ Clerici occultæ pœna.*

AN concubina occulta clerici puniatur per Epiſcopum, puta ſub nomine ancillæ retenta? Reſpon quòd ſic. Ratio eſt, quia illa grauiter delinquit in Deum & in eccleſiam, in tantum quòd efficitur ſerua eccleſiæ. Et epiſcopus poteſt eam vendere, ſi non habet filios. *c. quidam, 80. diſt. Bermondus in ſuo de publicis concubinarÿs, verſic. penitus arcere, num. 7. fol. 306.* 1

Quæſtio CCLIX.

1 *Clericis cum ancillis habitare permiſſum.*

2 *Delinquendi occaſio inuitat.*

AN ſit permiſſum † clericis habitare cum ſuis ancillis? Reſpon. quòd ſic. Dummodo non ſint ſuſpectæ, *c. cum omnibus, verſ. Familia domeſtica. 81. diſt.* Bermon. *de concubi. in vert. tenent. num. 3. fol. 278. in 5. concl.* Subdens, quòd nulla mulier extranea quantumcunq; deſpecta, & vetula, eſt à clericis ſuſcipienda ſpecialiter ad domeſticum obſequium. Ratio eſt, quia magis frequenter delinquitur, † vbi ſine ſuſpicione delictum poteſt eſſe tutum. 1

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtio CCLX.

1 *Famula an ſit teſtis idonea.*

1 AN famula † ſit teſtis idonea? Reſpō. quòd non, quia vilis eſt perſona. *Bart. conſil.111. num.3. Roma. conſi.372. & 320. Bal. in l. etiam, C. de teſtibus, Pariſi. conſil.67. numer.81. in 3. volum.* Probat tamen rectè perpetratum fuiſſe delictum in domo. *Iodocus in Enchiridio rerum crimi. fol.197. nu.10. verſ. Poſtremo.*

Quæſtio CCLXI.

1 *Dominus tenetur, ſi quid per feneſtram deÿcitur.*

1 QVid ſi Ancilla † proijcit lauatorios per feneſtras, & conſumitur habitus, vel veſtis alicuius per iter, per quod vulgò itur: An dominus teneatur emendare damnum? Reſpond. Cæpola *in tractatu de ſeruitutibus, titul. de Aquæ proiectu,* quòd ſic. *Et Franc. Marc. deciſ. Delphi. qu.498. nu.8.*

Quæſtio CCLXII.

1 *Scholarium famuli qui dicantur.*

1 QVinam dicuntur famuli ſcholarium? Reſpon. Bald *in proœmio Grego. nu.8.* quòd dicuntur illi, quos circa ſe habent, non quos in rure tenent. Ea continentur, qui inter famulos ſunt recepti ad ſeruiendum eis præſentibus, quod probat.

Quæſtio CCLXIII.

1 *Nobilis puella an poſſit nubere famulo.*

1 QVid ſi filia † nobilis nubat famulo? Reſpond. Bald. *in l. pen. C. de ſponſa. Natta. conſil.*

conſil.290.num.3.in 2.vide Deci.& alios in l. Nuptias.ff.de reg.iur.

Quæſtio CCLXIV.

1 *Licentia famulo data quando præſumatur ficta.*

DOminus dedit † licentiã eius famulo, & poſtea in continenti poſt teſtificatum illum reaſſumit: An talis licentia præſumatur ficta & ſimulata? Reſpon. Bart. quòd ſic. *in l. vir vxori.ff.de dona.inter vir.& vxor. de quo Corſetus ſing.verſi.Præsũptio.incip.celeritas,& ibi plura contra celeritatem.* 1

Quæſtio CCLXV.

1 *Famulus ab irato domino expulſus, non liberatur.*

QVid ſi dominus † iratus expellat famulum, qui debebat ſeruire per annum: An per hoc intelligatur famulus liberatus? Reſp. Bened. de Plũbi. in *l.ſtatu libero ,§.1 a ſt. ff.de ſtatu libe.de quo Neuiza in ſylua.libr.6.n.49.* quòd non ideò erit liberatus. quia quicquid calore iracundiæ fit; pro infecto habetur. regu. *Quicquid calore. vbi etiam Doct. ff. de reg. iur.* 1

Quæſtio CCLXVI.

1 *Dei famulis non conuenit ligitare.*
2 *Lites viri boni execrantur.*
3 *Procuratorum alimenta, lites.*

NVnquid oporteat † ſeruos, vel famulos Dei litigare? Reſpon. Fabianus Papa *in c. ſicut ſacerdos.11.quæſt.7.* Non oportere ſeruos Dei litigare, ſed mites eſſe: *Diſcite à me, quia mitis* 1

ſum &c. Vide Iod. Dãhoud. *in pract. ciuil. in præfatione. verſ. Dicam breuius.* vbi adducit prouerbium: *Si bonus es iuridicus, malus es Chriſtianus.* Hoc eſt, quòd Paulus *primo ad Corinth. ca. 6.* iudicia inter Chriſtianos deteſtatur, quæ ſi incidant, non alijs committit, quàm ijs, qui cõtempti ſunt in eccleſia. *Zaſ. cõſi. 15. in 1. par. pag. 275. Lagus Methodica iuris, par. 5. in princi.* Et iſti tales non ſunt tuti, dicente Seneca: Nullum tutum eſſe poſſe, conſternata ſemel mente. Et frequens meditatio carnis eſt afflictio. Et ſpiritus triſtis deſiccat oſſa. *Paris de Puteo, in tract. de re milita. §. campio. Tomo*
2 *5.* Et probi viri † lites execrantur, *vt inquit l. Item ſi res. §. fin. ff. de aliena. iudi. mu. cau. fac.* Et inquit Apoſtolus: Iudicia ſecularia ſi habueritis, omnino peccatum eſt in vobis, & contẽptibiles facietis. *Monta. in tract. de appell. lib. 5. ca. 1. pagi. 222.* Cùm etiam litigari nequeat in cauſa ſiue iuſta, ſiue iniuſta, ſine expenſa, *vt inquit Bald. in c. cum dilecti, de dolo. colum. pen. Neuiza in conſi. 17. numer. 23.* Et ideò videmus, quòd plurimi rebus ipſis potius carere volunt, quàm litigare, *vt dicit l. item ſi res. §. fin. ff. de aliena. iud. mut. cauſa fac.* Nam melius eſt, & eſt prudentia potius, perdere de proprio quandoque, quã litigare, *vt dicebat Pythago. de quo Neuiza in ſylua nuptiali, lib. 2. nu. 55.*
3 *& conſil. 30.* Nam hodiè lites ſunt † alimenta procuratorum, qui rationes omnes ſuas in ſpolijs ciuilibus coniecerunt, quæ tertia pro-

propè pars eſt nunc hominum, qui aliquo nomine eſſe videntur. *vt inquit Budæus in prioribus anno.pagi.330.ad fi.* Etenim lis eſt cauſa malorum. *Ariſtot.1.Metaphyſi.* Et lites multa mala faciunt, *de quibus Lucas de Penna, in l.litibus, C. de Agric.& cenſi. lib.10.* Excuſatur tamen, qui ob pudorem litigat, *vt dicit Bart.in l. quæ omnia, §. 1. ff. de procurato.* Sed priùs eſt nobis deliberandum cum peritioribus: An ſcilicet expediat litem ſuſcipere, antequam moueatur, *iuxta text. in l. ſi omnia, C. de inge. & manu.* Et priùs vrbaniùs procedere, antequam lis moueatur. *l. Herennius Modeſtinus de euict.* Sed qui non litigat, celebs eſt, vt in prouerbio Polydorus: in eo, quia veniunt à dote ſagittæ. *plura Gomeſ. in regula Cancellariæ de Annali poſſeſſore, q.11. & plura congeſſi in tract. meo de argumentis, in loco à litibus ad pias cauſas.* Precandum nobis eſt humili corde, vt nobis eueniat illud Naſonis, de quo Ethruſcus de Africa loquens *lib.8.ad fin.*

At nobis tranquilla ſalus ſine litibus vllis,
Sit nox cum ſomno, ſit ſine lite dies.

Et illud Martialis: *Lis nunquam.*

Quæſtio CCLXVII.

1 *Inſtrumenti famulatus forma.*

QVæritur, qualis debet eſſe forma inſtrumenti conficiendi pro famulatu? Reſpon. 1
ea quidem, quam ponit Specula. *in titul. de locato. §. reſtat.num.3.*

Quæſtio CCLXVIII.

1 *Licentia quomodo detur famulo.*

2 *Pœna non conuertenda in reditum.*

1 POſtremò quæro, quænam verba habeat facere dominus ſeruo pro licentia ſibi danda? Reſpon. Imola in *conſi. 12. num. 2.* vbi talis eſt: *Io te do licenza, che in capo della tua firma, te poßi accommodare con chi te piacerà* (hoc eſt) Do tibi licentiam, vt finita conductione, te poſſis elocare cui placebit. Verbum itaque firma, eſt vulgare Anglicorum. Vnde dicitur, quòd locatio ad firmam eſt per annum, firmo manente ſalario quantitatis conuentæ, *vt dicit Abb. in c. veſtra 2. no. de locato.* Et iſto verbo vtitur Bermondus *in tract. de publicis concubinarijs, in verſic. vel aliam euidentem vtilitatem, nu. 2. fol. 177.* vbi dicit, quòd Epiſcopi, ac cæteri
2 Vicarij, & Officiales, non debent † pœna ſtatutorum, vel legum, de ſanguine ſuorum ſacerdotum, facere proprias, illaſque, ſicut cæteras poſſeſſiones ad firmam tradere, & de illis certum ſtatum proprium habere. Et poſtquam eò deuenti ſumus, vt tãdem ſit data licentia ſeruo, vel famulo, finem huic tractatui faciemus. Ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, & Virginis Mariæ, qui nos omnes famulos in ſalutis proſperitate deducere dignetur, per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Finis Tractatus de Seruis & Famulis, Hippolyti Bonacoſſa.

TRA-

TRACTATVS
DE SERVIS SEV HOMINIBVS PROPRIIS, IN QVO TVM VETERIS, TVM HOdiernæ ſeruitutis iura breuiter ac dilucidè explicantur,

AVCTORE
IOANNE FRIDERICO
Huſano, I. C.

CAP. I.

1 *Homines iure naturæ liberi.*
2 *Et prædia.*
3 *Quælibet res præſumitur libera.*
4 *Duo capita iuris gentium. num. 5.*
6 *Ariſtotelis ſententia falſa.*
7 *Serui vnde dicti.*
8 *Bellum quid.*
9 *Primum requiſitum iuſti belli.*
10 *Belli indicendi modus iure veteri.*
11 *Bellum iniuſtum indicens, latro eſt.*
12 *Bellum non niſi publica auctoritate poteſt ſuſcipi. 13.*
14 *An cuiuis licitum ſit, indicere bellum.*
15 *Soli Pontifici & Imp. Rom. belli indicendi poteſtas eſt.*
16 *Item Regibus & liberis ciuitatibus, ſuperiorem*

non recognoſcentibus.

17 *Principibus inferioribus bellum gerere vetitum.*

18 *Fallit in caſu neceßitatis.*

19 *Neceßitas facit, quod illicitum eſt, licitum.*

20 *Hodiè in imperio quæcunq; bella vetita.*

21 *Alterum requiſitum iuſti belli.*

22 *Hoſtes veteribus qui.*

23 *Hodiè qui. num. 24.*

25 *Perduelles.*

26 *Qui hoſtium adpellatione veniant.*

27 *Differentia inter crimen perduellionis, & læſæ maieſtatis. nu. 28.*

29 *Pœna læſæ maieſtatis reorum.*

30 *Latrones qui, & vnde dicti. nu. 31. 32. 33.*

34 *An vetera captiuitatis & ſeruitutis iura hodie inter nos obtineant.*

35 *A latronibus aut confœderatis capti, ſerui non fiunt.*

36 *Teſtamentum ab eo, qui in latronum poteſtate erat, factum valet.*

37 *Orbis Chriſtianus, ciuitas filij Dei.*

38 *Diſſenſiones ciuiles potius ſunt latrocinia, quàm bella.*

39 *Iure diuino inter Iudæos ſeruitus inuicem vetita.*

40 *Captiui, redemptionis precio perſoluto, dimittuntur.*

41 *Deditity non occidendi.*

42 *Fallit, ſi capi non queant, aut nolint.*

43 *Res penes captiuos inuentæ, fiunt victorum.*

44 *Capti ab infidelibus, fiunt ſerui.*

Digitized by Google

45 Et eorum teſtamentum eo tempore factum, non conualeſcit.

IVRE naturæ nō ſolùm † homines, *§. ius au- 1
tem gentium de iur. natu. gent. & ciuil.* ſed et-
iam prædia, *l. altius, 8. C. de ſeruit. & aq.* cæte-
ræq; † res, quas rerum natura gratia hominū 2
comparauit, *l. in pecudum, 28. §. 1. de vſur. §. in
pecudum de rer. diuiſ.* liberæ erant: vnde † & 3
quælibet res, omniſque perſona ab initio li-
bera præſumitur, niſi de ſeruitute doceatur,
*Iacobin. de Homag. num. 37. verſ. in contrarium, cū
ibi alleg. Alci. lib. 2. præſump. 3. Schurff. conſil. 69.
num. 1. cent. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 89. per tot.*
Verùm † vſu exigente, & humanis neceſſita- 4
tibus, hominum genus ius quoddam ſibi cō-
ſtituit, quod gentium adpellatur, *d. §. ius autē
† gentium:* & duobus conſtat capitibus: res 5
diuidere, & punire ſontes, *l. manumiſsiones, 4.
cum l. ex hoc iure, ſeq. de iuſt. & iur.* Sub illo
comprehenduntur diſtinctiones dominiorū,
gentes diſcretæ, regna condita, agris termini
poſiti, ędificia collocata: ſub hoc magiſtratus,
iudicia, pœnę. Ex † quo adparet, falſam eſſe A- 6
riſtotelis ſententiā *in lib. 1. Polit. cap. 3.* vbi ſer-
uitutem ad ius naturæ refert; quum natura æ-
quabilis parens omnes homines à principio
liberos genuerit; *d. §. ius autē gentium, §. 1. de iur.
perſ. l. ſi quid. 64. de cond. indeb.* Sed † ingruen- 7
tibus bellis, ſuborta eſt ſeruitus eorum, qui
bello caperentur, vt docet Imperator *in §. ſer-*

 ui. de

Digitized by Google

ui.de iur. perſ. ſubdens, à ſeruando primùm dictos ſeruos, quia captiui à ducibus non occidebantur, ſed vendebantur, *Steph. Forcat. tract. de ſeruitut. in princip. nu. 4. Varro lib. 5. Etymolog.* Hinc Horat. *lib. 1. epiſt. 16.*

Vendere cùm poßis captiuum, occidere noli:
Seruiet vtiliter: ſine paſcat durus, aretq;.

Bellum † eſt actio à legitimo magiſtratu
8 ſuſcepta, vel vt vim à ſe, ſuiſque propulſet, & ſine iniuria in pace viuat, vel vt pœnam de malefactoribus ſumat, vel vt violenter ablata recuperet. *Ferrarius in pract. in form. libell. in act. real. §. iure dominij, numer. 16. & ſequ. Cicero lib. 1. offic.* vel eſt diſſenſio hoſtilis, qua edicto principis, vi & armis ſcelera reprimuntur, vt homines pacatè & tranquillè ex iuſtitia & pietate poſſint viuere. *Petr. Mar. tom. 1. locor.*
9 *commun. claſſ. 4. loco 16. fol. mihi 1052.* Vt † autem iuſtè bellum ſuſcipiatur, diffidationem, id eſt, denunciationem præcedere oportet.
Iaſ. in l. ex hoc iure, numer. 30. De iuſt. & iu. O-
10 lim † fecialibus ea cura incumbebat, *vt deſcribit Varro, lib. 4. de ling. Latin. Gellius libro 16. cap. 4. Liuius libro 1. ab V. C.* Ex quo ſe-
11 quitur, quòd illi, qui † bellum iniuſtum indicunt, aut indicendi poteſtatem non habent,
12 potiùs ſint latrones, quàm hoſtes. Item † quòd bellum non niſi publica, vel ſupremi principis auctoritate, poſſit denunciari. *fac. text. in l. hoſtes, 118. ibi, quibus nos*
13 *bellum decreuimus, &c. De verb. ſignifi.* Et † id-

ſeò

eò ſi priuatim, vel ab eo, qui nõ habet pote-
ſtatem, bellum ſuſcipiatur, nihil iure belli a-
gi poſſit; *Iaſ.d.loc.* An † verò quilibet prin- 14
ceps, aut iuriſdictionẽ habens, poſſit indice-
re & inferre bellum, quæri ſolet? In quo vide-
tur plerorumq; opinio inprimis Bart. *in l. ho-
ſtes.24.De captiu. & poſt l. reuerſ.* ſolum Pontifi-
cem † & Imp. Rom. habere poteſtatem in- 15
dicendi & inferendi bellum. Quod † tamen 16
ad alios quoque Reges Reſq; publicas non
agnoſcentes ſuperiorem, extenditur per 17
Iaſ.in d.l.ex hoc iure. † Cæteri verò reges &
principes, recognoſcentes ſuperiorem, non
niſi auctoritate illius, bellum ſuſcipere poſſũt:
Quod† tamen fallit, quando ob ſubitum & 18
præſens periculum illicò arma eſſẽt expedi-
enda; quo caſu reg. illa locum habet: † Ne- 19
ceſsitas facit licitum, quod aliàs iure eſt illi-
citum, *c. quod non eſt licitum. De reg. iur. in 6.*
Hodiè † per nouellas conſtitutiones Anno 20
Chriſti 1530. Item Anno 48. & 55. de pace
tenenda publicatas omninò prohibita ſunt
quæcunque bella: quas videre licet. *Vide Gaill.
De pac. publica, libro primo; cap.4. numero.4. cum
ſeq.* Alterum † requiſitum iuſti belli eſt, vt 21
contra hoſtem ſuſcipiatur. Hoſtes† olim pro-
priè erant peregrini, dicti ab hoſtiendo, id 22
eſt, æquando, quod pari cum ciuibus iure
cenſerentur, *Varro de ling. Lat. libr.8. Sext. Feſt.
lib.8.* Verùm id nomen durius iam effecit ve-
tuſtas: à peregrino enim receſsit, & propriè in 23

eo, qui contra ferret arma, remanſit. *Cic. libro 1. off.* Dicuntur † igitur hoſtes, quibus pop.
24 ſeu princeps Roman. qui in ius populi ſucceſsit, *§. ſed & quidem principi. De iur. nat. gent. & ciu.* bellum decreuit, & è cõuerſo. *l. hoſtes 118. de verb. ſignificat.* Hos † alio nomine veteres
25 vocare ſolebant perduelles, quaſi perfectè duellantes & bellantes. Vnde
26 † neque latrones, neque etiam priuati inimici, hoſtium adpellatione veniebant, ſed ſolummodo ij qui animo hoſtili aduerſus Remp & principem animati, maieſtatem eius ſoluere & diminuere conantur, quos nos omnes nunc hoſtes adpellamus. Hodie † ta-
27 men crimen perduellionis magis ſpecialiter ſumitur, quàm læſæ maieſtatis. Illud enim, quod committitur in principem tantùm,
28 vel in Remp. *l. fin. ad l. Iul. maieſtat.* Hoc † verò pro eo capitur, quod etiam in eos committitur, qui conſilijs & conſiſtorio princi-
29 pis interſunt. *l. quiſquis. 5. C. eod.* Pœna † autem eorum deſcribitur ab Imp. *in. §. 1. de publ. iud. ibique VVeſenb. & d l. quiſquis, &c.* Latrones
30 † ſunt, qui prædæ cauſa manu collecta homines inuadunt, ſiue id mari fiat, ſiue terra, *per l. poſtliminium, 19. §. à piratis. 2. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Dicti autem
31 † ſunt latrones, quaſi laterones, quòd latentes publicis itineribus inſidientur viatoribus:
32 vel vt alij volunt, à latere. Nam † olim milites dicebantur latrones, quòd tutelæ gratia domino-

dominorum ſuorum lateribus adſiſterent,ſicut moris fuit,vt Impp.circa ſe haberent milites mercede conductos, quos mittebant ad omne diſcrimen. Poſtea † prædones dicti ſunt 33
latrones,quòd eodem modo,quemadmodum milites cum ferro ad inſidias faciendas circumerrent. Vtilitas † huius diſtinctionis facit 34
ad quæſtionem. Ad vetera captiuitatis & ſeruitutis iura,quibus alij alios ferarum in morem & contra naturam ſubijciunt,hodie inter populos Chriſtianos obtineant. Ac ſatis quidem adparet *ex l.ſi quis.21 §.1. de captiu. & poſtlim.reuerſ.* eos,qui in diſſenſione ciuili capiuntur,in ſeruitutē non redigi,quum ne hoſtium quidem numero habendi ſint, *d.l.hoſtes.24.eod.* ſicuti † nec ij ſerui fiunt, qui à la- 35
tronibus,vel à confœderatis capiuntur. *l.non dubito. 7. eod.* Itaque † quod quis in latro- 36
num poteſtate conſtitutus fecit teſtamentum, ratum eſt.*l.qui à latronibus.13.in princip. qui teſtament. fac.poſſ.* Quum † autem or- 37
bis Chriſtianus vnā quaſi ſit Reſpublica ciuitaſque filij Dei, Domini noſtri Ieſu Chriſti: *cap. ad menſam. 11.quæſtion.3.* interque ſe & fœdus & ſocietatem & hoſpitium habeat, *argument.l. poſtliminij.5.§. in pace. 2. de captiu.* Conſequens † eſt eos, qui 38
in diſſenſionibus ciuilibus & inteſtinis lanienis, quæ latrocinia potiùs, quàm bella eſſe putantur, *Fab. in §. item ea, quæ ab hoſtibus. De rerum diuiſion. fac.*

fac. text. in l. ſi quis ingenuam. §. fin. de captiuis, &c. in poteſtatem alterutrius partis veniunt, in ſeruitutem non incidere, ſed libertatem retinere. Idque lege diuina ſancitum eſt. Nam †*Leuit. 25. verſicul. 39. cum ſequen. Deuteron. 24.*
39 *Verſicul. 7. 2. Paralipom. 8. verſicul. 9.* cautum eſſe legimus, ne populus Dei, ſeu gens Iſraelitica ciues, tribuleſque ſuos, vtpotè fratres ſeruituti ſubijceret. *D. Chyt. in Exod. cap. 21. Boer. in cõſuet. Biturig. §. 1. in gloſſ. numer. 1. des couſtumes & vſages, des droictz de l'eſtat des perſonnes. Ferra-*
40 *rius lo. præalleg. numor. 25. fol. mihi 9.* Hinc† videmus antiquiſſima conſuetudine introductum, vt captiui præſtita pecunia in redemptionis præmium, quam Græci λύτρον appellant, veniam recedendi impetrent. *Didacus Couarruu. in c. peccatum. pag. 2. §. 11. num. 6. de regul. iur. in 6. & in relect. 4. decretal. pag. 2. cap. 3. §. 4. numer. 13. Alciat. in l. hoſtes 1. 8. numer. 3. de verbor. ſignific.*
41 quare† nec in eos iure belli ſæuiendum, ſed iure iudiciorum forenſi atque ordinario, quemadmodum in alijs rebellibus, contumacibus aut ſontibus plectendis fieri ſolet, procedendum eſſe, idem Alciatus tradidit. Quòd
42 †tamen *ſecundùm Doctores* procedit, cùm intra præſidia noſtra iam ſunt deducti. Antè enim, vel ſi ſe ſubijcere poteſtati capientis noluerint, occidi iure poterunt: quum multa accidere poſſint, quæ poſtea impediant, quò minùs in poteſtatem ipſius redigantur, *argu. §. illud quæſitum de rer. diuiſ. & l. in laqueum. 55. de adquir.*

*adquir.rer.dom.Alciat.in l.Pupillus.239.§. ſeruorum.1. de verbor.ſignific.*Quod, tamen ad res ipſorum mobiles attinet, eæ victorum fiunt. 43
*Ferrarius lo.præallega.Didac.Couarru.in d. c.peccatum.d.loco.*Captos, autem ab his gentibus, 44
quibuſcum nec fœdus eſt, nec ſocietas, nec hoſpitium, ſeruos etiam hodiè fieri, nemini dubium eſt.*d.l.5.§.in pace 2. De captiuis,&c.* quo in numero ſunt Turcæ, Sarraceni, Tartari, AEthiopes, &c.*Alciatus d.l.hoſtes.118.numer.2.de verb.ſignificat.* quamuis contrà diſputet Couarruu.*loco iam citato.*Et† conſequenter te- 45
ſtamentum ab ijs tempore captiuitatis factū non valebit, adeò, vt non conualeſcat, licèt reuerſus poſtea priſtina iura recuperauerit omnia.*l.eius, qui apud hoſtes.8.qui teſtament. fac. poſſ.*

CAP. II.

1 *Vetera ſeruitutis iura inter Chriſtianos abolita.*
2 *Apud nos tamen quædam ſeruitus remanſit.3.*
4 *Non obſoleta, ſed vſitata addiſcenda.*
5 *Seruitus in quibus apud nos hæreat.*
6 *Ruſtici.*
7 *Cenſiti.*
8 *Inquilini.*
9 *Coloni quadruplices.*
10 *Primum genus Colonorum.*
11 *Colonus partiarius.*

Colo-

12 *Colona.*
13 *Colonia.*
15 *Secundum genus colonorum.*
19 *Tertium & quartum genus colonorum.*
20 *Originarij. num. 21.*
22 *Adſcriptitij.*
23 *A gleba non poſſunt recedere.*
24 *Olim pro ſeruo non habebantur.*
25 *Hodie priſcæ ſeruitutis imaginem exprimunt.*
26 *Præſertim apud nos.*
28 *Ruſtici in Megapoli quibus comparandi, & nu. 29. & 30.*
31 *Poſſunt à nobilibus expelli.*
32 *Non obſtante 30. vel 40. annorum vniformis canonis ſolutione.*
33 *Aut vlla præſcriptione. & num. 34.*
35 *Prima regula, & quid ſeruitutis appellatione veniat.*
36 *Quid libertatis ſignificatione.*
37 *Secunda regula.*
38 *Tertia regula.*
39 *Quarta regula.*

1 QVia verò iam dictum eſt, † vetera ſeruitutis iura hodie inter Chriſtianos abolita eſſe: Id ne infinitè accipiatur, ſciendum eſt, etſi prædura illa ſeruitus, qua dominis in ſeruos poteſtas vitæ neciſque erat, & quæ à brutorum cõditione parum aut nihil diſtabat, ſublata eſt. §. *in poteſtate, de his, qui*
2 *ſui, vel alieni iu. ſunt.* Tamen aliquam † ſeruitutem,

tem,moderatam quidem illam, & minùs aſperam,ſed tamen vetuſtæ magna ex parte ſimilem,non diſceſſiſſe ab vſu,ac ne poſſe quidem , ſi ſtatus Reipubl. ſaluus eſſe debeat. Quare & gloſſ.*in §.1.de iure perſon.* quærit,† 3
quid de colonis,adſcriptitijs,& cenſitis ſentiendum ſit,& vtrum ſeruis , an verò liberis hominibus annumerari debeant.Quum † autem 4
præcipuus labor noſter eſſe debeat , operam in ijs rebus ponere,quæ ab vſu noſtrorũ & temporum,& iudiciorum quàm minimum abhorreant,& vbertate atque vſu potiora ſint obſoletis illis antiqui iuris formulis atque diſputationibus,*argum.l.legaui.25.in prin.de liberat.legat.* Ideò de hac noſtræ ætatis & patriæ ſeruitute,quę nũc obtinet,quàm potero, breuiſſimè dicemus.Et initio quidem de verborum interpretatione pauca præmittemus.

SEruitus apud nos potiſſimùm † hæret in 5
ruſticis,agricolis,cenſitis,colonis , & id genus alijs hominibus rem ruſticam tractantibus : Quorum omnium adpellationes etſi promiſcuè accipi vulgò ſolent , tamen ipſa rei ſignificatione nonnihil variant. Ruſtici † ſeu agriculæ generaliter vocantur o- 6
mnes, qui agriculturam ſine nobilitatis iure exercẽt,ſiue ſui,ſiue alieni iuris ſint.*Oldẽdorp. claſſ.3.act.9.* Cenſiti † ſunt agricolatores publi- 7
cam penſionem , ſeu tributum , ſeu cenſum præſtantes, ſecundùm qualitatem prædiorum. *l.4.& toto tit.C.de agricol. & cenſit. lib. 11.*In-

8 *11.* Inquilini †ſunt, qui in alieno habitant, ſiue
ruri, ſiue in oppido, ab *in* & *colo* dicti, quaſi
incolæ: & ex his ipſis adſcribi agricolationi
9 olim ſolebant. *l.6.& l.13.C.eod.* Colonorum, †
qui à colendis agris dicuntur, quatuor ſunt
10 genera. Sub† primo comprehenduntur, qui
vel certa pecunia conductos agros colunt,
vnde vulgò colentes nummis appellantur, *l.ſi*
apes 26.§.1.de furt. vel partem fructuum† alieni
11 fundi, non pecuniam numeratam pendunt,
vnde & partiarij nuncupantur. *Vtrorumque*
12 *fit mentio in l.ſi merces.25.§.vis maior.5.locati.* in-
13 de† colona dicitur aratoris officium, ſeu lo-
cus agricolationis. *l.quæro.54.in fi. eo.* Et† colo-
nia ipſa, agricolatio, ſeu functio colendi. *l.ſi in*
lege.24.§.colonus, eod. l. definiuimus.13.§.1. C. de
14 *agric. libr.11.* De† his autem colonis nulla no-
bis in præſens expoſitio inſtruitur: neque e-
nim ſeruis ſimiles ſunt, neque ij, quorum a-
gri ſunt proprij, vllum in eorum perſona ius,
quod quidem ſtatum colonorum immutet,
adquirunt: ſed ex ſimplici contractus obliga-
tione duntaxat tenentur, & liberi atque inge-
nui non minùs, quàm antea fuerant, perma-
15 nent. Secundum† genus colonorum eſt, qui
proprium & hæreditarium habent agrum, in
quo habitant, & agriculturam exercent. Nec
inde quicquam penſionis, operarum, aut ob-
ſequiorum prȩſtant, niſi quatenus ex commu-
16 ni ſubiectionis iure tenentur. Hi ſi in † pagis
habitent, apud nos liberi coloni, ſeu ruſtici
vocan-

Digitized by Google

vocantur. In oppidis autem ſeu ciuitatibus, pleriq; omnes tales ſunt. Id quod pro locorum diuerſitate æſtimandum eſt. Et† videtur horum mentionem facere *l. hi penes. 4. C. de agric.* 17
lib. 11. & Nou. 32. & 33. ſed & hi propter† rationem ſuprà dictam, quòd videlicet perſonali 18
ſeruitute nemini ſint obnoxij, ad noſtrum inſtitutum nihil pertinent. Tertium & † quartũ genus colonorum eſt originariorum & ad- 19
ſcriptitiorum, de quibus videndum nunc eſt. Originarij† ſeu originales (*ſic enim vocantur in* 20
l. 4. C. de agric. lib. 11.) ſunt, quorum parẽtes adſtricti fuerunt villæ alicui colendæ ſeu agro. Inde progeniti† liberi nuncupantur originarij, quoniam colonarium ius in eo fundo cõ- 21
trahunt principaliter origine ſeu natiuitate in perſona ſua. *Oldendorp. loc. præalleg. l. fin. C. de municip. & orig lib. 10. l. originarius. 11. C. de agric. lib 11.* Adſcriptitij ſunt, † qui adſcribebantur 22
agricolationi, & recèns admittebantur cum cæteris agricolis. Et † hi perinde atque origi- 23
narij, ita glebæ adſtricti erant, cum omni ſobole ſua, vt eam nulla ratione deſerere poſſent. *d. l. originarios. 4. & l. colonos. 15. l. cùm ſatis. 23. eod.* Etſi† autem neq; hi, neque illi pro ſer- 24
uis olim, ac cumprimis Iuſtiniani Imp. ætate habebantur, quòd liberti plerumque agris colendis deputarentur, & liberi non rarò homines ijſdem ſponte addici ſeſe paterentur, è quibus originarij coloni poſteà, vt dictũ eſt, propagantur: qua de cauſa & gloſſ. *in §. 1. de iu-*

re perſon. & in l. 3. de ſtatu hom. adſcriptitios, &
cenſitos inter liberos homines recenſet: Tamẽ
25 expreſſiſſimã † priſcæ ſeruitutis imaginẽ no-
bis repræſentant. *l. ne diutius. 20. in fi. C. de agri-*
26 *col. lib. 11.* præſertim † in his regionibus Septẽ-
trionalibus, vbi durioris, quàm in ſuperiori
Germania conditionis plerunque coloni eſ-
27 ſe conſueuerunt. Itaque examinemus, † quid
vulgò iuris ſit de ijs, ſecundùm communem
Germaniæ morem, quem tamen pro regionũ
diuerſitate meminerimus quoque eſſe diuer-
28 ſum. Nam † quòd ad hanc prouinciam Mega-
politanam attinet, apud ruſticos nulla bona
emphyteutica, multò minùs cenſitica, in qui-
bus ſcilicet directũ & vtile dominium ſimul
29 habet colonus cenſitus, reperiuntur: Sed † ali-
quã quodammodo affinitatem habere putã-
tur cũ antiquis libertinis dedititijs, quos Sa-
xo vocat Laſſen, quaſi relictos in prouincia.
gloſſ. in art. 59. lib. 2. nu. 4. & gloſſ. German. in verb.
Da lieſſen ſie die Bauren. *in artic. 44. libr. 3.*
30 Landts. Nam † & hiſtoriæ docent, quòd ijs tẽ-
poribus, quibus Saxones Obotritis & vicinis
gentibus bellum mouebant, vt nolentes co-
gerent amplecti religionem Chriſtianam, in
deuictos vſi ſunt eo iure, quo victores anti-
quitùs ſolebant, ſcilicet, quòd mancipiorũ lo-
co eos habuerint, quibus tamen eodem, quo
Saraceni ſubiugatis Hiſpanis modo, terras co-
lendas relinquerent, ne prouincia in ſolitu-
dinem redacta, ipſis victoribus infructuoſa
eſſet.

eſſet. Quidquid nũc huiuſmodi dedititijs reliquerũt, nihilomin⁹† iure dominij apud dominos remanſit, adeò vt etiã inde eos expellere, fundumque ad ſe recipere nobiles & præfecti poſſint. Nec† quicquam iuuat, quòd vniformem canonem 30. & 40. annis inde perſoluerint, aut in alterius pagi terra deſerta, vel inculta pro annuo canone vltra hominũ memoriam ius paſcendi habuerint: Nam† dominus quandocunq; voluerit, ad ſuum commodum ea vti ſolus poteſt, non obſtante vllius temporis præſcriptione, † prout Guſtrouij anno 1572. 25. Martij in conuentu prouinciali ad requiſitionem nobiliũ, contra quoſdã, qui id impugnare conati eſſẽt, Illuſtriſſimorum Principũ conſenſu conſtitutũ fuit.

31 32 33 34

Principiò † itaque in modũ præuiæ inſpectionis capita quædam hoc loco cognoſcamus, ad intelligenda faciliùs ſubſequentia: Quorũ primum eſt, quòd ſeruitutis appellatione omnes omninò ſpecies ſubiectionis veniunt, quæ iuris aliquid ac poteſtatis in perſona producunt, ſicut † & libertatis appellatione omnis conditio accipienda eſt, alieno iuri nõ ſubiecta. Secundũ ex priore fluit, † quòd omnia, quæ in iure ſancita ſunt de ſeruis, ea ſi foro noſtro moribusq; cõueniãt, trãsferri ad ruſticos noſtros rectè poſſint. Tertiũ, † quòd itidem manumiſſio vet⁹, quatenus noſtris moribus cõuenit, in noſtris ruſticis locũ habet. Quartũ, † ꝙ fugitiui noſtri ruſtici eodẽ

35 36 37 38 39

modo, quo olim ſerui, ſuis dominis ſunt reſtituẽdi, *tot. tit. C. de fugiti. colonis, lib. 11. l. omnes 6. l. omnes. §. l. ſi colon. 14. l. cùm ſatis. 23. C. de agricol. & cenſit. libr. 11. Vide infrà cap. 8. numer. 11.*

CAP. III.

1 *Quæ ſit cauſa efficiens iuris in homines proprios.*

2 *In originarijs & adſcriptitijs eſt origo & adſcriptio.*

3 *In reliquis ijdem modi, quibus inter viuos ſeruitus conſtituitur.*

4 *Et primò quidem contractibus.*

5 *Poſſumus noſtram conditionem reddere deteriorem.*

6 *Deinde quaſi contractu.*

7 *Sententia facit ius.*

8 *Habetur pro veritate.*

9 *In iudicijs dicimur quaſi contrahere.*

10 *Tertiò, præſcriptione.*

11 *Longum tempus hic, & in conſuetudine, eſt decennium.*

12 *Item in poſſeſſione. 13. Libertate. 15. Domicilij conſtitutione. 16. Et vſurarum ſolutione.*

14 *Longi temporis appellatione venit decennium.*

17 *Connani ſententia contra communem opinionem.*

18 *Ius Saxonicum, quantum tempus in conſuetudine requirat.*

Digitized by Google

19 *An filius hominis mei ſit meus homo. & 20.*
21 *Prima diſtinctio circa homines, qui pactis, ſententia iudicis, vel præſcriptione, proprij efficiuntur, & num. 22. 23.*
24 *Pœna ſuos debet tenere auctores, & num. 25.*
26 *Statutum, quo iniuriarum tenetur is, qui filio paternum ſupplicium obijcit, valet.*
27 *Nullum patris delictum filio bona ſua aufert, aut ſtatus mutationem adfert, & num. 28.*
29 *Fallit in crimine læſæ maieſtatis.*
30 *Secunda diſtinctio.*
31 *Filio liberum eſt, vel hæreditatem paternam adire, vel ſe ab ea abſtinere.*
32 *Res tranſit cum ſuo onere ad ſucceſſorem.*
33 *Tertia diſtinctio.*
34 *Tam nobis, quàm hæredi noſtro cauemus.*
35 *Licet conſulere hæredi.*
36 *Quarta diſtinctio.*
37 *Incluſio vnius, eſt alterius excluſio.*
38 *Quinta diſtinctio.*
39 *Actus contrahentium ſunt interpretandi, vt valeant.*

Quæſtio principalis I.

HIs ita cognitis, primò quæritur, † Quæ ſit 1 cauſa efficiens huius iuris, quod [1] in ſuum, vel proprium hominem quis habet, ſeu quando quis conſtituatur homo alterius? Et in originarijs quidem atque adſcriptitijs colonis, ſatis hoc ipſa vocum Etymologia docet, quæ

2 ex origine & adſcriptione† ius iſtud proficiſ-
3 ci oſtendit, vti iam dictum eſt: Sed† extra ori-
ginem & adſcriptionem, non eſt dubium iiſ-
dem modis hodie ruſticos fieri homines alie-
nos ſeu alterius, quibus ſeruitutes inter viuos
4 conſtituuntur, hoc eſt, Primò † contractibus.
5 *§.1. verſic. ſine teſtamento, de vſufruct.* Sicut† enim
in prædio meo poſſum alteri ſeruitutem pa-
ciſci, ita & meam ipſius conditionem aggra-
uare poſſum. *Iacobin. de homag. numer. 7. & 8. &*
6 *§. pen. de iure perſon.* Deinde quaſi† contractu,
id eſt, ſentẽtia iudicis, qua quis pronunciatur
7 eſſe homo alterius. Quia† talis ſententia facit
ius inter litigatores. *c. cùm inter. 13. de ſentent.*
8 *& re iudic.* & † habetur pro veritate. *l. 1. de re iu-*
9 *dic. l. 2. C. de excep.* Et † in iudicijs dicimus qua-
ſi contrahere, ſeu iudicati obligationem no-
bis inducere. *l. 3. §. idem ſcribit. 11. de pecul.* Præ-
10 ſcriptione† etiam longi temporis dominus
hoc ius ad exemplum emphyteuſis adquirit,
quaſi ex tacito ipſius, & hominis, operas, &
obſequium, redituſque diu præſtantis, con-
ſenſu. *l. litibus. 20. in princ. C. de agric. & cenſit. lib.*
11 *11.* Longum† autem tempus de decennio in-
telligit glo. *in l. ſi finita. 15. §. ſed in vectigali. 27.*
de damn. infect. quemadmodum & conſuetudi-
nis diuturnitatem decennio circumſcribit
glo. *in l. de quibus, in verb. inueterata, de legibus,*
quam opinionem interpretes communiter ſequun-
tur, Bartol. in d. l. de quibus, numer. 14. Iaſon ibidẽ,
numer. 43. Bald. de præſcript. part. 5. fol. mihi 482.
num.

Digitized by Google

num.2.in princip. Quia † poſſeſſio decennalis dicitur longi temporis. *§.1.de vſura.* & libertas 12
diutina † ſpacio decennij definitur, *in l.ſi cùm fidei commiſſa.16.§.Ariſto 3. qui & à quibus ma-* 13
num,&c. & † longi temporis appellatione venit etiam decennium. *Rubr. & tot.tit.C.de longi* 14
temporis præſcript.Schurff conſil.47.numer.7. & 8. cent. 3. & qui † decennio commoratus eſt 15
in vno loco, intelligitur ibi domicilium habere. *Boſſ.in princip.crimin.tit.de foro compet.numer.26.VVeſenbec.in Parati.ff.ad municipal. numer.7.circa fin.* Et lex ideò iubet † vſuras ſolui, 16
quia pater longo tempore, id eſt, decennio, eas ſoluerit. *l.cùm de in rem, verſ.6.in princip.ibique Gothofr.de vſur.Vid.Molin.de vſur. quæſtion. 20 numer.205.& ſequent.* Quamuis aduerſus † 17
hanc receptam ſententiam Conan. *libr.1.Commen.tit.10.* doctè diſputet: & iure noſtro Saxō.
† conſuetudo non præſcribatur niſi 30. annis, 18
anno & die. *Fax.differ.12.Reinh.diff. 2.pag. vlt.*
Ex ſupradictis fluit illa quæſtio: An † filius 19
hominis mei ſit homo meus? Ac † de originarijs & adſcriptitijs dubium nō eſſe, apparet ex 20
his, quæ iam de ijſdem dicta ſunt: De † cæteris 21
autem, qui vel pactionibus, vel ſententia iudicis vel præſcriptione homines mei ſunt effecti, notanda eſt Iacobini diſtinctio, *in tr. de homag.numer. 10.* Aut † enim quiſpiam crimen contraxit, & graui me affecit in- 22
iuria, in cuius pœnam & ſatisfactionem ſeſe mihi ſubijcit. Et hoc caſu †

Digitized by Google

filius ipſius non intelligitur ius & poteſta-
tem meã conceſſiſſe: debet † enim pœna ſuos
24 tenere auctores. *l. ſancimus. C. de pœn.* 20. *&* 26.
25 *ff. eod.* At † ſpecialiter iure cautum eſt, ne filius
pro patre conueniatur, *tot. tit. C. ne fil. pro pa-
tre.* Idque iuri diuino conſentit, vbi ſcriptum
eſt. Non portabit filius iniquitatem patris,
Deuter. cap. 24. verſ. 16. 4. Reg. 4. verſ. 6. 2. Para-
26 *lip. 25. verſ. 4. Ezech. 18. verſ. 20.* Ideoque & † ſta-
tuta illa, quibus iniuriarum tenetur, qui li-
beris ſupplicium paternum obijcit, probat
Gothofr. *in d. l. 26. de pœn.* Et quum nullum †
27 patris delictum filio bona ſua auferat: *Nouell.
134. cap. vlti.* niſi vnum † læſę maieſtatis crimẽ,
28 *Authen. bona damnatorum. C. de bon. proſcript.* in
quo paterni, hoc eſt hæreditarij criminis ex-
empla metuuntur. *l. quiſquis. 5. §. filij. 1. C.
ad leg. Iul. maieſta. Alciat. 1 præſump. 24. doctè Me-
noch. lib. 1. præſumpt. quæſt. 15. numer. 24. Gail. de
pace publ. lib. 2 cap. 13. num. 22. 23. 24. Ant. Guib.*
29 *Coſtan. de dotib. in princi. 3. cap. nu. 6. circa fi.* Mul-
tò minus † ſtatus mutationem, quæ omni-
bus bonis anteponenda, atque inæſtimabilis
30 eſt. *l. 106. de reg. iur.* eidẽ adferet. Aut iſte † faci-
noroſus in locum multæ, vel redemptionem
gratię meæ, non ſolùm ſeipſum in poteſtatem
meam tradidit; ſed etiam prędia ſua mihi ſub-
iecit, quorum dominium quum ego hoc mo-
do eſſem aſſecutus, vt vtile dominium poſteà
in illum certis operarum & obſequiorum le-
gibus tranſtuli, *ad exemplum l. quiſquis 28. C.*

de do-

Digitized by Google

de donat. Quum † autem liberum ſit filio 31
paternam hæreditatem adire, vel ab ea ſeſe
abſtinere, ſanè ſi is abſtineat, euitabit ſubie-
ctionem: ſin autem non abſtineat, obnoxius
mihi fiet ipſa aditione, & cogetur me dominũ
agnoſcere. Nam† vnaquæq; res tranſit ad ſuc- 32
ceſſorem cum ſuo onere, & ſeruitus ſequi-
tur fundum. *l. via 23. §. ſi fundus. 2. de ſeruit. ruſt.*
præd. l. 21. C. ſine cenſu. vel reli q. Aut† aliquis ſeſe 33
conſtituit hominem meum, ſeu poteſtati meę
ſubiecit, interueniente aliqua conceſſionis
impetrandæ gratia: & quanquam hæredis
mentionem in ea conſtitutione non fecerit,
vt probabiliter dubitari poſſe videatur, quid
actum ſit, & an hæres quoque mihi ſit
obnoxius: Tamen † quia regulariter tam hæ- 34
redibus noſtris, quàm nobiſmetipſis proſ-
picimus atque cauemus. *l. ſi pactum. 9. de pro-
batio.* propterea par eſt, filium quoque mihi
teneri. Nec obſtat, quòd pater † videatur filij 35
conditionem facere deteriorem: Quia be-
neficium defenſionis, quod è contrario filius
conſequitur, & magnum eſt & inæſtimabile,
& fauorem meretur: quare conſultum hic fi-
lio magis, quàm nocitum eſſe intelligitur. Et 36
† conſuli hæredi cõceſſum eſt. *l. auus 33. de pact.* 37
Aut† aliquis ſeſe [(duntaxat vel ſolummodo)
mihi ſubiecit, & filius eius mihi non
eſt obligatus. Nam† particulæ excludendi fa- 38
ciunt vni paciſcentis perſonæ cohærere,
quod pactũ eſt, neq; id trãſire ad hęredẽ ſinũt.

 l. non

Digitized by Google

l. non ſolùm 8. §. tale 3. de liberat. legat. l. iuriſgentium. 7. § pactorũ. 8. l. in futurum. 57. §. 1. de pact. Aut aliquis ſimpliciter & purè ſine vlla emphyteuſi aut conceſſione prædiorum mutua, conſtituit ſeſe hominem meum, & in dubio cenſetur id feciſſe defenſionis à me impetrãdæ gratia. Semper † enim actus contrahentium ſic interpretandi ſunt, vt valeant potius, quã vt recidant ad nihilum. *l. quoties. 12. de reb. dub. c. inter dilectos. 6. §. cæterùm, de fide inſtrumen. Menoch. de præſumpt. 29. num. 45. & præſumpt. 34. num. 12.*

39

CAP. IV.

1 *Quæ ſit forma conſtituendi ſeſe alicuius hominem proprium.*

2 *Mores cuiusq; regionis inſpiciendi.*

3 *Primò, conſtituitur homagio.*

4 *Secundò, nuda dextræ porrectione, tanquam ſigno fidei, cuius ſedes in dextra ſacrata eſt, & nume. 5. & 6.*

7 *Dextræ porrectio primò firmitatem ſignificat Iacobino.*

8 *Simplex promiſſio viri nobilis penè vim habet iuratæ.*

9 *Limitatio.*

10 *Deinde poteſtatis acquiſitionem.*

11 *Manumiſſio vnde dicta.*

12 *Cautela pro his qui præſtant homagiũ, & nu. 13.*

Quæ-

Quæſtio principalis II.

SEcunda quæſtio eſt,† quæ ſit forma conſti- 1
tuendi ſeſe hominem alterius? Et in † hac 2
queſtione mores cuiuſq; regionis inſpiciendi ſunt. Nam quibuſdam in locis Sacramentum fidei † cliẽtelaris & obſequij domino dicitur, 3
quod vulgò Gallica voce homagium facere nuncupant, *c. ex diligenti. 17. de ſimonia, c. grandi. 2. de ſupplen. negligen. prælato. in 6.* quaſi quo iurans mihi promittat hominem ſeſe meum fore. Alibi † ſine tali iuramento alijſq́ue cæ- 4
remonijs, dominus nuda manus dextræ porrectione hominem ſuum in poteſtatem accipit: Quam quidem † porrectionem ſignum 5
eſſe fidei, eiuſq́; ſedem in dextra ſacratã eſſe, ſcribit Liu. *lib. 1. ab V. C.* & in eandem ſententiam Virgil. inquit *Aeneid. 3.*

Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat iuueni, atque animum præſenti pignore firmat.

Et *AEneid. 7.* Latinus ait:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe Tyranni.

Sic *Reg. 4. cap. 10. verſi. 15. & 16.* Iehu obuiam factus Ionadabo, & dubi de animo eius, poſtquam interrogaſſet, Eſtne cor tuum rectum, ſicut cor meum eſt erga tuum? Illo reſpondẽ- 6
te, Eſt: iubet † ſibi ab illo dextrã porrigi, tanquàm fidelitatis ſymbolum. Iacobinus verò † 7
in tracta. de homag. num. 5. putat, primò firmitatẽ ſeu ſoliditatẽ dextræ porrectione ſignificari,

Digitized by Google

ficari, *argum. §. 1. verb. ſtipulum, de verbor. obligatio.* quod in idem recidit: quid enim aliud eſt fides, quàm dictorum, conuentorumque conſtantia & veritas, *teſte Ciceron. lib. 1. Offic.*
8 Vnde & † ſimplex promiſſio à nobili viro facta, penè vim habet iuratæ. *Vide Mynſ. cent. 3. obſer. 17. vbi citat permultos Doctores.* Intellige
9 tamen, † quoad contrahendam duntaxat obligationem, quam ęquę ac ſi iuraſſet, promiſſor tenetur ſeruare ac adimplere, non etiam ad incurrendam periurij pœnam, *Mynſyng. d. loco.* Deinde † exiſtimat Iacobinus dextræ
10 porrectionem, poteſtatis inquiſitionem de-
11 notare; quia manumiſſio dicta eſt, quaſi è poteſtate miſſio. *l. 4. de iuſtit. & iur.* Et † quan-
12 quàm iſtiuſmodi conſtitutio etiam ſine causę vel impulſiuæ vel finalis adiectione teneat. *Speculat. de feud. §. quoniam, num. 11.* Tamen Martin. Fanenſ. *in tract. de homag.* ſcribit, † ad euitandas diſputationum cauillationes tutiſ-
13 ſimum eſſe, iuſtam aliquam cauſam diſertè exprimi, putà conceſſionis prædiorum, promiſſæ defenſionis, ſatisfactionis pro illata iniuria. *Idq; Iacobinus comprobat, de homag. nume. 15.*

CAPVT V.

1 Quomodo probetur ius in hominem proprium, & nume. 2.

3 Primò, inſtrumento.

4 Secundò, teſtibus.

5 Ter-

5 *Tertiò, ſucceſſione in bona, quibus ius iſtud inhæret, & num. 6.*

7 *Quartò, tempore infinitæ memoriæ.*

8 *Quod vim priuilegij habet.*

9 *Et tantum poteſt, quantum Imperator cum cauſa.*

10 *Nec in ea curatur bona aut mala fides.*

12 *Regulariter bona fides debet allegari.*

13 *Non tamen ſemper probanda propter titulum.*

14 *Qui inducit bonæ fidei præſumptionem.*

15 *Quintò, tempore longo & longiſſimo, an præſcriptio hominis liberi adquiratur.*

16 *Rationes dubitandi, & num. 17. 18. 19. 20.*

21 *Et ſeqq. Ratio decidendi.*

22 *Tempus 40. vel 30. annorum ad præſcriptionem ſufficit etiam ſine titulo.*

26 *Vicennium aut decennium non ſufficit ad præſcriptionem, niſi cum titulo.*

27 *Et ſeqq. ſolutio rationum dubitandi.*

28 *Nemo præſumitur indebitum ſoluere.*

29 *Intentio domini contra aſſertum proprium hominem.*

30 *L. ſeruitutes, de ſeruitut. intellectus.*

34 *Ius inductionis poteſt ſpontaneo motu induci.*

35 *Cui incumbat onus probandi, vtrum domino an homini ſubdito.*

36 *Ius exigendi operas debitas & præſtandas, nulla alia ratione commodius probatur quàm poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione iuris competentis aut ſeruitutis debitæ.*

37 *Quòd ſi negetur dominus in poſſeſſionis iuris allegati,*

gati, exigendi tantum, vel tantum operarum eſſe, hoc caſu oportet dominum actorem valdè eſſe cautum.

38 *Requiruntur enim multa adminicula, quæ prædictam domini intentionem probent ac confirment, vt penſitatio, cēſus, exhibita diu ſeruitia, & cætera id genus alia, quæ colliguntur ex l. litibus, & l. cùm ſcimus. D. de agric. lib. 11.*

39 *Qui per 30. annos operas non præſtitit, aut iuſſus præſtare noluerit, poſt tantum tempus effluxum liber erit.*

41 *Sextò, probatur ius in homines proprios, confeſſione propria.*

42 *Septimò, origine paterna.*

43 *Octauò, aditione hæreditatis.*

44 *An hominis mei vxor efficiatur mea.*

45 *Vxor ſequitur conditionem viri. 46. eius radijs coruſcat. 47. & vxoris vna domus. 48. rerumq́; omnium ſocietas eſt.*

49 *Vxor non debet aſpernari mariti infortunium.*

50 *Vxor hominis proprij non ſubijcitur poteſtati domini.*

51 *Vxor pro marito non obligatur.*

52 *Nec eius infœlicitate oneratur.*

53 *Odioſa non extendenda ad ſexum fœmininum.*

54 *In cuius fauorem multa ſingularia iura conſtituta ſunt.*

Quæſtio principalis III.

1 TErtia † quæſtio eſt, quomodo probetur, aliquem hominem eſſe meum, ſeu meo iuri

Digitized by Google

iuri & poteſtati ſubiectum? Et facilè hoc eſt intelligere è prima quæſtione. Quibus † enim 2
modis homo proprius effectus eſt, iiſdē propriū hominē eſſe ferè probatur. Quare aut in ſcripturam † pactio ipſa relata eſt, & proba- 3
tur inſtrumento, *tot. tit. ff. & C. de fide inſtru.* Aut ſine † ſcriptis contractum eſt, & res ge- 4
ſta eſt recens, quæ nondum effluxerit è memoria hominum, qui contractui interfuerunt, ac probatur teſtibus, *tot. tit. de teſtibus.* Aut † nō eſt recens, ſed vetuſta: & animaduer- 5
tendum eſt, an oſtendi poſſit, bona iſtius hominis, de cuius ſtatu quæſtio eſt, à parentibus ipſius fuiſſe poſſeſſa, & ipſos parentes, quibus ſucceſſit, meos homines fuiſſe. Nā † eo caſu, nō minùs quàm parentes fuere, obſtrictus mihi 6
eſt, ac paternam fortunam agnoſcere tenetur. *Iacobin. de homag. nu. 23. verſ. item homagiū, Specula. de feud. §. quoniam, l. 2. C. ſine cenſ. vel reliq. Ferrar. lib. 6 feudor. cap. 1. verſic. ſubiectio etiam alia, fol. mihi 153.* Si autem allegem aut † probem tempus infinitæ memoriæ, ex quo tale 7
prædium, quo iſte nunc fruitur, conſueuerit à me tanquàm domino teneri, ad quod ille, vel ille, & ipſius liberi, de quibus nunc quæſtio eſt, ſemper habiti ſint mei homines: non dubium eſt, quin iſte quoque ſit homo meus. *l. hoc iure, 3. §. ductus aquæ, 4. d. aq. quotidia. & æſtiua. c. ſuper quibuſdam, 26. §. prætereà, de verbor. ſignificat.* Huiuſmodi † enim tem- 8
pus vim tituli, ſeu priuilegij & conſtituti habet,

Digitized by Google

bet, *dd. iuribus, Balb. de præſcript. pag. 3. fol. mihi*
9 *268. verſic. & hanc limitationem.* & tantum † po-
teſt, quantum Imperator cum cauſa. *Idem*
10 *Balb. d. pag. 3. fol. mihi 199. num. 13. & 17.* nec † in
eo curatur bona aut mala fides. *Salicet. in l. 2.*
C. de ſeruit. & aq. VVeſenb. in Apoſtill. margin. ad
Schneidvv. tit. de ſeruitut. myſt. præd. qualit. ſerui-
tu. conſtit. & adquir. num. 12. & fol. mihi 230. nu.
11 *32.* in tantum, † vt ne opus quidem ſit, bonam
fidem hic allegare. *Bald. in c. ſi diligenti, in fin.*
12 *de præſcriptio.* vtcunque † eam regulariter al-
legare ſit neceſſe, *nota, per Canoniſt. in c. final. de*
13 *præſcriptio.* etiamſi † nonnunquam probanda
14 non ſit propter titulum, qui † inducit bonæ
fidei præſumptionem. *l. penult. C. de euiction.*
ſuper longi. penult. C. de long. tempo. præſcrip. Vid.
Schneid. d. loc. fol. mihi 202. & fol. 222. num. 43.
& fol. 230. cum ſeq. Tyraq. du retraict. conuentio.
§. 1. à tel temps, gloſſ. 2. num. 25. DD. in l. comperit.
C. de præſcrip. 30. annor. cap. 26. §. 1. de verbor. ſigni-
ficat. Chaſſanæ, de Conſuetud. Burgund. des iuſti-
ces, § 11. in verb. & la preuue, num. 3. & ſeq. fol.
mihi 98. Anton. Gabr. in commu. concluſ. tit. de
præſcript. concluſ. 1. Couarru. in c. poſſeſſor. de reg.
iur. in 6. Schurff. conſi. 72. cent. 1. Parid. de Put. de
redintegr. feud. cap. 189. Aym. Crauett. expreſſè &
ex profeſſo. De antiquit. tempo. lib. 4. fi. mihi 178.
15 *cum ſequ. Balb. de præſcript. pag. 3. &c.* Sed † ſi
allegem ac doceam, quòd operas ac ſeruitia
mihi præſtiterit tempore longo, id eſt decen-
nio, vel longiſſimo, id eſt, triginta vel 40. an-
nis,

nis,putà,quòd agrum meum excoluerit arã-do, conſerendo,ſegetem demetendo, fruges in horreum conuehendo, excutiendo flagellis è ſtipula,quòd plauſtro ſuo ligna in meam domum conuexerit, in meis negocijs peregrinatus ſit, in venationibus ferarum operam mihi nauauerit,& id genus officia præſtiterit,non vt extraneus aut amicus,qui beneuolam potius voluntatem & obſequium in eo ſecutus ſit,quàm obediẽdi neceſsitatem: profectò videtur res pluſculum habere dubitationis Primò † enim aperti iuris eſt, curſum
16 ſolius temporis ſine alia efficaci cauſſa non eſſe modum vel conſtituendæ,vel tollendæ obligationis.*l.obligationum.44.§.circa.1. verſi. placet.de oblig.& actio.l.ſi certis.28.& ibi Donell. C.de pact.* Deinde † ſola temporis longinqui- 17
tas,etiamſi 60. annorum curricula exceſſerit, libertatis iura minimè mutilat.*l.fin.C. de longi temp.præſcript.quæ pro libert.& non aduerſus li-* 18
bertatem oppon. Tertiò † nec pactis priuatis,neque ſpontanea confeſſione præiudicium libertati comparatur.*l.nec ſi volens.6.l.liberos.10. & tot.tit.C.de lib.cauſa.* Pacta autem talia plus valent,quàm præſcriptio.*l.nam ſatis.9. Quemadmo.ſeruit.amittat.* Ergo multò minùs præſcriptione longi vel longiſſimi temporis ſeruitus adquiritur. Quartò † ſeruitutes,quę non 19
habent continuam poſſeſſionem, & quas idcircò diſcontinuas vulgò vocitant, vſu non capiũtur.*l.ſeruitutes.14.in prin.de Seruitut.* Ho-

mo autem non poteſt tam perpetuò tamque continenter ſeruire, vt nullo momento operę eius interpellari videantur. ibid. Quare nec vſu capi poteſt. Quintò, nullum eſt liberi hominis commercium. *l. ſed celſus, 6. l. ſi in emptione, 34. §. omnium. 2. de contrahen. emption. & §. 1. & 2. de inut. ſtipul.* Itaque quum alienari nequeat, nec vſu capi poſſe videtur, argument. *l. alienationis, 28. de verb. ſign.*

21 Iſtis † tamen argumentis non obſtantibus, dicendum eſt, 40. 30. 20. vel 10. annis hominē poſſe fieri meum, ſi ſcilicet conuictus fuerit, operas mihi tanto tempore præſtitiſſe, non vt alienus, neque vt ſui iuris, ſed vt meus homo, *fac. l. final. Quemadmod. ſeruitut. amitt. Iacobin. de Homag. num. 19. & 20. Specul. de feud. §. quoniam. nu. 10.* cum † iſta tamen diſtinctione,
22 vt tēpus 40. vel 30. annorum ſufficiat ad præſcriptionem etiamſi titulus præſcriptarum operarum nullus ſubſit *Specul. d. loco. l. cum ſatis, 23. §. 1. C. de agr. & cenſ. lib. 11. l. eum qui. 6. C. de fund. rei priuat. eodem, l. eum qui. 58. C. de decur. lib. 10. l. fin. C. de fund. patrimon. lib. 11. l. om-*
23 *nes. 4. C. de præſcript. 30. vel 40. annorū.* Nā † & ius vaſallicum tanto tempore adquiritur. *§. ſi quis*
24 *per 30. annos. ſi de feud. defun. content. fuer.* In † vſibus *feud.* & emphyteuſis. *dixi ſuprà, cap. 3. quæ-*
25 *ſtio. 1. princip. nume. 10.* & † mulier, quæ per 30. annos obſequia ſeruitutis præſtitit, præſumi-
26 tur ancilla. *gloſſ. in l. 2. C. de ingen. manum.* Vicennium † autem & decennium, non niſi cum

alle-

allegatione tituli, puta, ſtipulationis, vel alterius contractus, cuius gratia operæ ab anno viceſimo vel decimo ſint editæ, ſatis ſit: qui tamen titulus ex tali tempore præſumitur: *Iacobin. d. loco. gl. in d. l. cum de in rem verſ. 6. in verb. long. l. diutina. 4. C. de præſcript. longi temp. l. final. C. in quibus. caſ. ceſſ. longi temp. præſcript.* Nec† aduerſantur ea, quæ ſuprà allegata ſunt. 27
Nam etſi ob ſolius temporis cauſam nulla inducitur vel finitur obligatio: tamen quando cum tempore concurrit partium conſenſus, vel legis diſpoſitio, vel alia cauſa efficax, obligationem conſtitui non eſt dubium. *d l. obligationum. 44. §. 1. verſ. placet. Salic in l. ſicut. num. 4. C. de præſcript. 30. annor.* Conſenſus autẽ partium tacitè hic colligitur ex ipſa præſtatione 28
vſurarũ, quum † nemo præſumatur indebitũ ſoluere. *l. cum de indebito. 25. de probat.* 29
Et dominus† contra aſſertum proprium hominem ita intendat: Aio hunc hominem meum eſſe, quia tenetur mihi ratione talis vel talis contractus aut conceſſionis ipſi à me factæ: idque probo: quia hoc nomine mihi tamdiu ſeruiuit. *Specul. & Iacobin. d. loco.* 30
Nec obſtat d. l. ſeruitutes: de ſeruitut. Etſi† enim verum eſt, hominem non præſtare operas perpetuò, tamẽ in ea cauſa eſt, vt perpetuò fieri exiſtimetur, quum ad operas edendas obligatus ſit, quotieſcunque hæ exigantur, eaque ratione quaſi continuò ſeruire intelligatur, *argu. l. foramen. 27. de ſeruit. vrb. præd.* Mul-

31 tò † minùs officit, quod de libertate allegatũ eſt, cui præiudicari longinquitate temporis, aut pactis, aut alienationibus nequeat. Homines enim ſui propriè non ſunt ſerui, ſed li-
32 beri, *vt dixi ſuprà cap. 2. num. 5. & 22.* Nec † alienari intelliguntur, quando alterius iuri ſe ſubijciunt, quum defenſionem & tutelam ea ſubiectione ſibi comparent. *Specul. loc. præalleg.*
33 *num. 8.* & † poſſit etiam liber homo maior 20. annis ſeruus ſponte ſua ciuili iure fieri, ſi ad precium participandum ſe venundari patiatur. *§. ſerui autem, de iur. perſon.* & ſpontaneo
34 motu pactoue poſſe ius ſubiectionis induci, conſtet *ex c. grandi, 2. de ſupplen. negl. prælat. in 6. l. fin. C. de tranſact. l. 3. C. de decur. lib. 10.* Vtrũ autem † in hoc iudicio, de quo tertia quæſtio
35 mentionem facit, domino incumbat onus probandi ius poteſtatemque in aſſertum hominem ſuum: an verò allegato homini ſubdito, quæſtionis eſt? Ac monendi ſumus diſtinctione adhibita rem explicãdam eſſe. Aut † e-
36 nim dominus in quaſi poſſeſſione eſt, putà, quia ſeruitia aliaue munera ipſi hactenus præſtita ſunt à Titio tanquam à ſuo homine, neque Titius exemptionem vllam interea factam probat: ac pronunciandum eſt pro iure domini. *l. circa, 14. de probationibus, c. querelam, 24. de elect.* Aut † homo aſſertus nullas operas
37 præſtationesuè actori exhibuit, vnde ſubiectionis argumentum ſumi poſſit, & ſecũdùm ipſum ſententia dabitur, eritque liber, do-

nec dominus iugum ſubiectionis aduerſus eum docuerit, *d.l.circa, l.ordinata, in princ. de lib.cauſa, l.lite, 14.l.eam quæ.21.C.eod.Cuiac.lib. 18.obſ.cap.23.Iacobin.de Homag.num.24.* Multò enim fauorabilior eſt libertas, quàm ſeruitus. Itaque in dubio pro proclamante in libertatem pronunciatur, quàm pro aſſerente ſeruitutem. Quælibet enim res in dubio libera præſumitur; *prout dixi in princip. huius tractatus num.3.* Quare † ſi hoc caſu temporis lõginquitate iſtorum alteruter nitatur, is qui probatur 38
30. annis operas, vt ſubditus, edidiſſe, ſic vt triceſimus iam completus ſit annus, ex quo primò ſeruire cœperit, etiamſi interim nunquam interpellatus à ſeruitijs quieuiſſet, pro ſuo homine habebitur: quum ſemper, *vt ſuprà dixi*, fuiſſe ad ſeruiendum paratus, & poſſeſſio illa corporalis cauſſam quaſi continuam habuiſſe intelligatur, *d.l.eum qui. C. de fund. rei priuat.lib.11.l.fin. Quemadmod. ſeruit. amitt.l.foramen.27.de ſeruitut.Vrban.prædior.* Similiter † 39
qui probat, 30. annos effluxiſſe, ex quo tempore nihil, quod iure ſubiectionis deberetur, præſtiterit, quum alij tamen in vicinia id fecerint, liber erit, atque immunis à ſeruitijs. Quod † in eo quoque obtinet, qui iuſſus ope- 40
ras præſtare, id facere recuſauit, & à cuius recuſationis initio longum tempus, id eſt, 20. anni inter abſentes, 10. anni inter præſẽtes interceſſere, quo nihil operarum edidit. Is enim perinde ac ſuperior liber erit, ac lon-

Digitized by Google

gæ præſcriptionis ope agentem ſubmouebit, *per l.3.§. ſi ſeruus,10.de adquir. vel amitt.poſſ. Oldendorp.eleganter & fuſè in act.5.claſſ.3.fin.mihi 377. Iacobin.d.l.nu.24.* vide omnino decretum comitiorum Auguſtæ anno 1548. celebratorum, vbi de exemptis Imperij ordinibus diſponitur, quando contribuere in oneribus publicè indictis teneantur. §. Hette aber der außgezogen/&c. *fol. mihi 11.fac. 2.* Sextò † proba-
41 tur ius in proprium hominem, confeſſione ipſius hominis *l.cum precum,9.C.de liberal.cauſa. Iacobi.l.præalleg.num.21.* quæ tamen alijs adminiculis adiuuetur *l.cum ſcimus,22. C.de agri.*
42 *lib.11.* Septimò † origine paterna. *l. ne diutius, 21.& d.l.cum ſcimus,22.C.eod. l.pen. C.de murilegul.lib.11.Iacobin.d.lo.num.23.* Octauò † adi-
43 tione hæreditatis hominis proprij. *Iacobin. ibid. num.21.Speculat.d.tit.de feud.nu. 39.* Videtur enim hęres ea aditione cum domino contrahere, *l.3.in fin. Quibus ex cauſis in poſſ. eat.* & onus hæreditarium agnoſcere tenetur. *l.2. C.*
44 *de hæredi.act.* Vnde † quæſitum eſt, An mulier homini meo nubendo efficiatur etiam mea, ſeu tranſeat in poteſtatem meam? Dubium †
45 facit, quòd vxor conditionem viri ſequatur. *l.fœmina,de ſenator.l.mulieres.C.de dignitat.lib. 10.l.fin.§.ijdem reſcripſerunt. Ad municip. l. medicos,& l.fin.C.de profeſſor. lib.12. l.fin. C. de agent. in reb.eod. l.fin C.de priuil.ſcholar. c. ex parte,2. de for. compet. l. in ſacr. C. de epiſcop. & cler. l. domicilium, & l.fin. C. de incol.lib.10.l.cum quæ-*

dam

dam,de iuriſdict. l. exigere, de iudici. Et † ra- 46
dijs mariti coruſcare dicatur *Nou. 105. cap.2. in prin. l. fin. ibi.* Et ſentiat mulier viri fulgorem *C. de nupt.* Et † viri & vxoris vna do- 47
mus ſit. *l. 1. §. ſi vir aut vxor. ad Syllan.* Et † re- 48
rum omnium ſocietas. *l. aduerſus, 4. C. de crimin. expil. hæredit.* Quare † quum mariti com-
modorum particeps ſit, non aſpernari debet, 49
obeſſe ſibi eiuſdem infortunium, *l. ſi non ſolus, 10. §. 1. in fin. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſta. l. ſi cum dotem, 23. §. ſi maritus vel mulier, ff. ſolu. matr.* Verius † tamen eſt, meæ poteſtati eam non 50
ſubijci. *Spec. de feud. §. quoniam, num. 4. Iacobin. de Homag. nume. 23.* Sicut † enim pro ma- 51
rito non obligatur. *tot. tit. C. ne vxor pro ma-* 52
rito. Ita † etiam non oneratur infelicitate vi- 53
ri, quæ † quum odioſa ſit, nō extenditur † ad 54
ſexum imbecilliorem, in cuius fauorem multa ſingularia iura conſtituta ſunt. *l. regul. 9. de iur. & fact. ignor.*

CAPVT VI.

1 *Quis ſit effectus iuris in homines proprios: nu. 2.*

3 *Ad quid omittendum domini cauſſa ſit obligatus homo proprius.*

4 *Primò reuerentia debetur domino à ſuo homine.*

5 *An proprius homo poſſit dominum in ius vocare. nu. 8. & 10.*

7 *Liberto maximè ſimilis eſt homo proprius. numer. 44.*

9 *An vaſallus dominum in ius vocare poſſit.*

12 *Cautela pro homine proprio dominum in ius vocaturo.*

13 *Secundò, proprius homo non intentabit domino actionem famoſam. num. 14.*

15 *Quomodo libellus cõtra dominum in actione famoſa formandus. nu. 16.*

17 *Tertiò, non poteſt dominum accuſare criminis. num. 18.*

19 *Viſi læſæ maieſtatis.*

20 *An homo proprius teſtari de rebus ſuis poſsit.*

21 *Ratio dubitandi.*

22 *Ratio decidendi.*

23 *Cuilibet liberum eſt teſtari.*

24 *Coloni noſtri non ſunt ſerui per omnia.*

25 *Quare & alienare cogẽte neceſsitate res minus vtiles poſſunt.*

26 *Seruata tamen conſuetudine cuiuſq; loci.*

27 *Quæ huic iuri & originem & formam dedit. num. 90.*

28 *Ad quid teneatur homo proprius faciẽdum: Primò ad reuerentiam domino præſtandam.*

29 *Secundò ad ferendum auxilium cõtra inimicos, exceptis perſonis coniunctis. nu. 30. 31.*

32 *Cognatum aut affinem receptans, mitius eſt puniendus.*

33 *Nemo tenetur aduerſus fratrem eiusve filios tutelam ſuſcipere.*

34 *Sermone generali nemo præſumitur quidquam in detrimentum conſanguineorũ conſtituere.*

35 *Nemo carnem ſuam odio habuit.*

36 *Tertiò ad iurandum domino homagium.*

37 *Quod*

Digitized by Google

37 Quod tamen paucis in locis Germaniæ ſeruatur.

38 Quartò, domino elocanti filiam conferre ſubſidium, exemplo vaſalli. num. 39.

40 An homo proprius dominum egentem alere teneatur.

41 Alimentorum adpellatione in materia fauorabili aut odioſa quid veniat. num. 42. 43.

44. Libertus domino tenetur ad alimenta.

45 An vaſallus dominum teneatur alere. num. 46. & 47.

48. Quintò, homo proprius tenetur ad operas & præſtationes debitas.

49 Munera triplicia. nu. 50. 51.

52 Operæ libertorum ingenuis cur nequeāt imponi.

53 Operæ ruſticorum Germaniæ.

54 Fron. Item quid ſignificet Fronbott.

55 Operæ quid, & duplices. nu. 97.

56 Officiales.

57 Fabriles ſeu artificiales.

58 In quibus vtraq; conſiſtant.

59 Ad quas operas teneatur libertus, vel homo proprius. nu. 60. 61. 63. 64. 65. 66.

62 Pacta dant legem contractui.

64 Rauchhun vnde.

67 Operæ non extendendæ, ſed intra ſuos fines cohibendæ.

68 Operæ indebitæ per vim intelliguntur extortæ.

69 Operæ indeterminatæ debent redigi ad arbitriū boni viri.

70 Quilibet tenetur iure ſuo legitimè vti, quia Reip. expedit, & nu. 71.

72 *Remedium aduerſus dominum noua imponentem ſeruitia.*

73 *Nunquid dominus operas ſibi debitas alteri edendas delegare vel cedere poßit. & nu. 74*

75 *An operæ præteritæ rectè petantur.*

76 *An operæ in pecuniam conuerti queant.*

77 *Pacta ſeruanda ſunt.*

78 *Coloni defuncti opera pluribus à filijs quomodò præſtanda. nu. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85.*

82 *Res tranſit cum ſuo onere.*

86 *An plures domini ſubditos communes inter ſe diuidere poßint, non ſolùm quoad operas, ſed etiam quoad iuriſdictionem.*

87 *Iuriſdictio quatenùs incorporalis & indiuidua. & num. 88.*

89 *An colonus extra territorium ſeruire cogatur.*

91 *Cuius victu & ſumptibus colonus ſeruire teneatur. nu. 93. 94.*

92 *Conſuetudo tacitæ conuentionis vim habet.*

95 *Colonus inſtrumenta ſuis ſumptibus & comparare, & rupta fractave reficere tenetur.*

96 *An ad nocturnas operas colonus teneatur. & nu. 98.*

99 *An diruto caſtro, ad quod colonus tenebatur edere operas, & nouo non ibidem, ſed alibi inſtaurato, ad illud nouum operas præſtare cogatur. nu. 100. 101.*

102 *Dominus poteſt operas ſibi quocunq; modo debitas, in vſum maximè neceſſarium conuertere.*

103 *Ad nouas domini ædes an colonus ſeruire teneatur.*

104 Co-

104 *Colonus deteriori conditione non prægrauandus.*

105 *Onera reſtringenda potiùs ſunt, quàm amplianda.*

Quæſtio Principalis IV. pars prior membri I.

QVarta quæſtio eſt, quis† ſit effectus eius iuris, quod in proprijs hominibus con- 1
ſequimur? Ac†ſciendum eſt, dupliciter hunc 2
conſiderari: Primò contemplatione domini, deinde reſpectu ſubditi. † Idque rurſum du- 3
pliciter, videlicet, quòd proprius homo domini gratia quippiam aut omittere, aut facere tenetur, ad quod alij non adſtringuntur. Et de omiſſione quidem priùs videamus.

Ad quid omittendum, domini cauſa, obligatus ſit homo proprius.

ITaque† primò domini perſona homini 4
proprio ſemper honeſta & ſancta videri debet, *l. libert. 9. de obſeq. à libert. &c. Zaſ. lib. 1. ſingul. reſpon. cap. 3. nu 85.* Vnde†quæſitum eſt, 5
an dominum poſſit in ius vocare? Mouet,† 6
quòd Modeſtinus tradit, generaliter eas perſonas, quibus reuerentia præſtanda ſit, ſine iuſſu prætoris in ius vocari non poſſe. *l. 13. de in ius voc.* Item† quòd homo proprius liberto 7
maximè ſit ſimilis, libertus autem patronum in ius vocare, niſi priùs edicti venia petita, pro-

prohibeatur, *l. venia. 2. C. eo. l. 4. §. prætor. 1. ff. eo.*
8 Sed † verius eſt, non teneri veniam petere. *Ia-*
9 *cobi. de homag. nu. 26.* Vaſallus † enim dominum poteſt in ius vocare non petita venia, *vt eſt cō-munior Doctorum opinio Laurent. Kirchoff. in com-*
10 *mun. opin. cent. 8. concluſ. 63.* Vaſallo † autem æquiparatur homo proprius, ſicut & liberto vterque. *Euchar. in Topic. loco, A liber. ad vaſallum.* Deinde, † nullo iure cautum eſt, dominum
11 ab homine ſuo, niſi petita venia in ius vocari non poſſe, ſed ſpecialiter certæ perſonæ ex edicto prætoris recenſentur, intra quarum catalogum prohibitio conſiſtit. *gloſſ. in d. l. generaliter. 13. de in ius voc. & in §. pœnales. in verb. in ius vocaſſet. De action. arg. l. illam. 19. in verb. certas perſonas. & in verb. quòd nulla conſtitutio ſuper huiuſmodi collatione poſita eſſet, &c. C. de teſtam. milit.* Sanè † ad euitandas cauillationes & am-
12 bages, ſuperfluam adhibere cautelam, & veniam petere homini proprio, dominum in ius vocaturo, cōſultius fuerit, ſicut in vniuerſum ſubdito principem iudicialiter conuenturo. *Iacobin d. loco & Bald. in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcriptio.* Secundò † proprius homo
13 tenetur honori domini hoc tribuere, ne in eum intentet actionem famoſam, putà, de dolo, furto, & ſimilibus, *quarum fit mentio ff. de his, qui not. infam.* vel ex qua condemnatus dominus re ipſa & opinione hominum non effugiat infamiæ notam, etiamſi verbis ſententiæ non pronuncietur infamis: vt iniuriarum,

Zaſ.

Digitized by Google

Zaſ.d.loco num.84. Quare †conuentionem ſuã temperare debet verbis in factum, hoc eſt, non in fraudem domini, ſed in ſolum nudumq́ue eius factum, detracta fraudis mentione, directis *l.non debet.12.§.1.de dol.l.2.l.5 §.1.de obſequ.par. & patr.praſtand.* Vnde† ex facto tractatum eſt, cùm homini proprio neceſſe eſſet, dominum conuenire actione doli, vel furti, quomodo libellum formare deberet, ne ſuggillaſſe exiſtimationem eius videri poſſet. Ac Iacobin. *de homag. numer 27.* reſpondet: Medium concludendi, ſicut Dialectici appellant, in ſyllogiſmo libelli conuentionalis bonæ fidei mentionem continere debere, *iuxta d.l.non debet.in fi.de dol.mal.* Sic† igitur agens dicet, Quum bona fides non patiatur dominum meum cum iactura mea locupletari, peto eum condemnari, vt damnum mihi reſarciat. *Bart.in l.infamem.7.nu.4.de publ. Iudi.* Tertiò, non poteſt† dominum deferre, aut accuſare criminaliter. *l.pen.C.de ijs, qui accuſ. non poſſ.* non debet enim eius † exiſtimationẽ, caput, atque fortunas petere, cuius dominio inhæret, idq́ue ſub pœna decapitationis. *d.l. pen.* excepto ſolo† læſæ maieſtatis crimine, in quo vt alia multa ſingularia ſunt, *l.quiſquis. C. ad l.Iul.maieſtat.* ita hoc quoque ſpecialiter permiſſum eſt. d.l.pen. *l.qui cum maior. 14.§.ſi libertus. 6.de bonis libert.Iacobin.de homag. num. 28.*

14 15 16 17 18 19

Quærit† autem ſolet circa ea, quæ omittere 20

homo

homo proprius domini ſui gratia tenetur, an
21 etiam teſtari de bonis ſuis poſſit. Dubium†
facit, quòd in ſua poteſtate nihil habere vide-
tur, qui ipſe poteſtatis ſuæ non eſt, ſed iuris
dominici, *l. ſic eueniet. 21. ad l. Iul. de adult. l. ho-
mo liber. 54. §. fin. de adquir. rer. dom. cùm hæredes
23. §. in his. 1. de adquir. poſſeſſ. l. qui in ſeruitute. 118.*
22 *de reg. iur.* Probabilius† tamen eſt, teſtamentũ
eum condere poſſe. *Specul. de feud. §. quoni-
am. numer. 35. Iacobin. de Roydis numer. 22.* quia
23 †teſtandi de rebus ſuis facultas eſt permiſſa v-
niuerſaliter. *l. teſtandi. 13. C. de teſtamen. Bald. in
24 l. 1. C. de hæred. decur.* & noſtri† coloni non ſunt
ſerui per omnia, ſed potiùs liberis hominibus
adnumerandi. *gloſſ. in princip. titul. de Iur. per-
ſon. Zaſ. d. loco, numer. 76. Gail. tract. de pignorat.
25 Obſeru. 8. numer. 2.* Quare † & alienare i-
pſos neceſſitate cogente res ſuas minùs vtiles
poſſe, idem Specul. docet *loco præallegat.* vbi
26 tamen in† ſumma iubet obſeruari conſuetu-
dinem cuiuſque regionis, quippe quæ alibi
mitiorem & laxiorem, alibi duriorem, & ma-
27 gis contractam faciat hominum propriorum
conditionẽ, & quæ† vniuerſo huic iuri atque
contractui tum originem, tũ formã dederit.

Quæſt 4. principal. part. prior. membrum 2.
Ad quid teneatur homo proprius faciendum.

28 NVnc videamus† de ijs effectibus, qui in faciendo
conſiſtunt. Primò igitur repetendum eſt, quod iã
diximus, reuerentiam & obſequium, id eſt, exhibitio-
nem honoris & pietatem. *l. 1. de obſeq. à lib. præſt.* domi-
no à ſuo deberi homine, exemplo liberti erga patronũ.
l. liberto. 9. eod.

29 Secundò† tenetur homo proprius Dominum
ſuũ.

euocantem ſequi, & opem ei ſuppetiaſque ferre aduerſus inimicos ipſius, ad exemplum beneficiarij ſeu vaſalli, *c. de forma. 22. q. 5. c. ego N. extr. de iureiur. c. 1. in tit. Hic finitur lex, &c. In vſib. feud. Iacobin. de homag. num. 30.* Exceptis † tamen affinibus & cognatis. contra hos enim ſi dominum non adiuuat, ignoſcẽdum ipſi eſt. Nam ſicut † pro perſona neceſſaria, qualiſcunque fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa datus accipi iubetur, etiamſi minus idoneus ſit, *l. 1. & 2. In ius voc. vt eant.* &c. & receptator † cognati aut adfinis minùs ſeuerè punitur, quàm qui nihil ad ſe pertinentẽ cõſeruauit aut occuluit, *l. 2. de receptator. Vide Gaill. libr. 2. de pace publ. cap. 10. num. 19. 20. 25. 26. & 35.* vbi tradit, caupones † bannitos hoſpitio repẽtino recipientes, ſtatim diſceſſuros, ordinaria receptatorum pęna non puniendos. Et aduerſus fratres vel fratris filios tutelam ſuſcipere nemo tenetur, *l. humanitatis 23. C. de excuſat. tut.* ex qua lege † etiam colligunt, ſermone generali neminem præſumi quidquam conſtituere in eorum detrimentum, quos habet conſanguineos, *Alciat. lib. 1. præſumpt. 27.* Ita † hoc quoque caſu neceſſarij propter naturalẽ amoris charitatem: & ne odium aduerſus eos accendatur, quorum defenſionẽ innatus animis affectus dictat, excipiũtur, *gloſſ. in d. l. 2. In ius vocati vt eant. & text. & gloſſ. in c. defleat peccator. ext. de regul. iur. c. non æſtimemus. 13. quæſt. 2. d. l. humanitatis 23. C. de excuſat.*

Ter-

Tertiò,† dicere domino ſacramentum fi-
36 delitatis & obedientiæ. *Iacobin. de homag. nu.*
32. Quod tamen moribus noſtris paucis in lo-
37 cis circa ruſticos ſolet obſeruari. Nam hi abſ-
que vlla iuramenti religione prædia conceſſa
à dominis tenēt, eaq́; præſtant ſeruitia, ad quę
ſunt obligati, & pro ſubditis habētur perin-
de atque iurati *Ferrar. de homag. §. ſubiectio eti-
am alia, fol. 153.*

38 Quartò, † domino elocanti filiam ſubſi-
dium conferre, ſeu ſuccurrere aliqua extraor-
dinaria præſtatione ad dotem conſtituendā,
& ſumptus in nuptiarum ſolennitatem neceſ-
ſarios ſuſtinendos pro more prouinciæ, & ad
39 † exemplum vaſalli, qui ſimiliter hoc caſu ob-
ligatus eſt domino. *Iacobin. de homag. nu. 33. ver.
iuxta prædicta. Idem de feud. verſic. qui quidem in-
ueſtiti. num. 76. Zaſ. in epit. feud. par. 7. nu. 50. Chaſ-
ſa. in cōſuet. Burgund. Des iuſtices. Rub 1. §. 4. verb.
40 mariage. d' vni fille.* Quæſitum † autem hoc lo-
co eſt, An homo proprius dominum ad in-
41 opiam lapſum teneatur alere (id eſt) non †
modò victum, ſed cetera quoque onera,
omnes vitæ neceſſitates ei ſubminiſtrare, hæc
enim omnia verbo alimentorum continen-
tur, *l. 5. §. non tantùm. 12. de libr. agnoſcen l. lega-
tis. 6. l. fina. de alim. legat. l. verbo victus. 43. l. quos
nos hoſtes. 134. §. verbum viuere. fin. de verbor. ſigni-
ficatio. Nicol. Euerhar. in Topic. loco. Ab alimen-
tis ad piam cauſam. fol. mihi 300. Bar. glo. & Doct.
in l. Mela. de alimen. leg. Marant. in par. 4. diſtin.
9. nume.*

num.52.Mynſing.obſer.12.cent.3.& in §.item ſi de dote,num.4.de act.Guid.Pap. deciſ.439. præſer- 42
tim† in materia fauorabili: & quoties de ijs conſtituendis,per *l.in teſtamentis. 12. de regul. iur.& iura alleg.* non †autem remittendis & 43
tranſigendis agitur,*l.cùm hi.6.qui tranſigit.12. de tranſact.* quum odioſum ſit hoc tranſactionis genus,ideoque coarctandum, *per l. cùm quidam 19.de libe.& poſthum.c.odia.de regul.iur. in 6.)* Dubium† facit ſimilitudo, quam liber- 44
tus & homo proprius inter ſe habent: Libertum autem teneri ad præſtanda domino indigenti alimenta,apertiſſimi iuris eſt, *l. 6.de* 45
libe.agnoſcen.l.1.C.de oper.libert. Præterea † vaſallus,cum quo non minùs,quàm cum liberto magnam habet cognationem homo proprius, videtur obnoxius eſſe domino indigenti ad exhibenda alimenta.*Bartol.in l.alimenta.7 .numer.2.de agnoſc.& alen.libe.glo.in l.ſolo.30.C. de liberal.cauſa.& Iacob.Ardiz.titul.61. In ſumm. feud.vbi multa in hanc ſententiam adducit argumenta:& expreſsè idem Bartol.in tractat. alimen. numer.45.Speculat.tit.qui filij ſint legiti. numer. 11.fac.text.in titul.de nou.form fidel.& in §.licet. Si de feud.defunct.content.ſit. In vſibus feudo. vbi dicitur,vaſallum domino adiutorium præbere debere,ſi ſciat ei magnum imminere periculum:Item, quòd necare videatur,qui alimoniam negat, l.4. de libe.agnoſ.Chaſſan.in conſuetud.Burgund. Rubri.1.des iuſtices §.4.num.8.* Contraria tamen † 46
ſententia verior eſt,videlicet, quòd nec vaſallus,

ſallus, nec homo proprius teneatur dominū inopē alere. *Ardiz. d. tit. 61. circa fin. Zaſ. in epit. feud. par. 7. num. 48. & ſing. reſponſ. libr. 1. cap. 3. numer. 85. verſic. ad alimenta Ioan. Andr. in addit. ad Specul. loco præallegato. Iacobin. de feud. verſic. Et cum pacto, quod dicti vaſalli, numer. 7. & de homag. numer. 29.* quia nuſquam hoc iure cautum eſt, nec conſuetudine obſeruatur. *Ardiz. Iacob. n.*
47 *& Ioan. Andr. loco præallegato. & Iacobus Aluarotus in d. §. licet. ſi de feud. def. content.* Niſi † dominus vaſalli cauſa ad paupertatem redactus eſſet, aut bona ſua conſumpſiſſet, putà bello iuſto, neceſſariaque defenſione ſubditorum, aut beneficium vaſallo conceſſum eſſet admodum pingue aut fructuoſum, *Iacobin. d. loco. de feud. Ardiz. eod. Bal. in l. 1. §. ſed ſcimus. C. de latin. libert. toll.*

48 Quintò † tenetur tam ad munera, (id eſt, onera ſibi cum reliquis ratione patrimonij aut conditionis ſuæ communia, *l. munus. 18. de verbor. ſignificat.*) quàm ad operas atque præſtationes in conceſſione prædiorum ſibi à domino impoſitas. *Iacobin. de homag. numer. 30.*
49 *verſic. ſeptimo.* Munerum † autem quædam perſonalia ſunt, quæ ſcilicet perſonis imponuntur, & in labore perſonæ conſiſtunt, & aut dignitatem aliquam inter ſui ordinis homines habent, vel non habent, aut ſordida ſunt.
50 Quædam † realia, quæ rei imponuntur propter rem, & poſſeſſorem comitantur, & in capitationem, collectam, & tributum vulgò diuidun-

uiduntur. Quædam † mixta, quæ in labore 51 perſonæ conſiſtunt, ſed propter rem perſonæ imponuntur. *DD. & imprimis Alber. de Roſa. ad Rubr. de mun. & honor. Iaſ. in l. placet. numer. 1. & 2. C. de ſacroſanct. eccleſ. Ioan. de Platea, & alij in Rubr. C. de excuſat. mun. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. Rubr. 1. Des iuſtices. §. 4. ad verb. indire.*

De Operis.

ET † ad mixta munera pertinent operæ, 52 quæ à liberto patrono debentur, & ingenuis imponi nequeunt, quum ſpeciē quandam prę ſe ferant, veſtigiumque ſapiant ſeruitutis, *l. pen. Si quis à par. manum. l. penult. de obſequ. liber. Iaſ. in l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. 12.* 53 *de condict. indeb.* Ex † hoc fonte defluxerunt operæ ruſticorum in Germania, quas dominis ſuis præſtant, & quæ vulgò vocantur Die Frone/Frondienſte/Handtfrone/Pflugfrone/ dictæ ab antiquo vocabulo Fron, quod ſacrū ſignificat, quia ſacræ libertatis, quæ per manumiſſionem contigit, remuneratio ſint: Sicut & Fronbott/ quaſi ſacer nuncius dicitur. *gl. in ſpecul. Saxon. artic. 53. libr. 1. & art. 56. libr. 3.* Landtr. Operæ † ſunt diurnum officium, quia 54 luce & per diem explicantur, *l. 1. de oper. libert. liber. 2. de ann. legat.* & diuiduntur in officiales, & artificiales ſeu fabriles, *d. l. ſi non ſortem. 26. §. libertus 12. de condict.*

56 *indebi.* Officiales † ſunt, quæ in officio perſonæ conſiſtunt, & ad perſonam domini referuntur, vt adeſſe, comitari, *l. eius artificij. 16. §. tales. 1. l. quod niſi. 20. l. hæ demum. §. 1. de oper. libert.* curare menſam, domum, &c. *legatis 65. de legat. 3.*
57 Fabriles † ſiue artificiales ſunt, quæ ex artificio aliquo præſtantur, vt pingere, ſcribere, architectari, *d. l. legatis. d. l. ſi non ſortem. § liber-*
58 *tus.* Operæ † autem fabriles in præſtatione pecuniæ conſiſtunt; officiales nulla pecunia redimi poſſunt, nec alterius perſonæ, quàm ipſius patroni exhiberi, quia ſunt perſonales. *l. fabriles. 6. de oper. libert. d. §. libertus, circa finem. Zaſ. ſing. reſpon. lib. 1. cap. 3. Cuiac. lib. 17. obſeru. cap. 14.* Itaque vt dixi, tenentur homines ſeu ruſtici proprij ad operas dominis debitas: Si-
59 cut † autem libertus patrono operas non debet, niſi promiſſa, putà, iureiurando, vel ſtipulatione, *l. vt iuriſiurandi 7. de oper. libert. l. 44. in fin. princip. de lib. cauſa.* Ita † nec homo pro-
60 prius domino alias debet operas, præſtationesue, quàm ad quas ſeſe in ipſo contractu, vel tacitè acceptando prædium, cui hoc vel illud onus inhærebat, vel expreſsè, id eſt, de
61 nouo paciſcendo, adſtrinxit. Poteſt † enim dominus tempore traditionis prædij (quod noſtri Ein Erbe/oder Hoff, & in tenuioribus einen Koten nominant) legem apponere quã velit, *l. 6. C. de rer. permut. l. in traditionibus. 48. de*
62 *pact. l. in tradendis. 7. §. 1. commun. præd.* Vnde † vulgò dici ſolet, contractus ex conuentione legem

legẽ accipere, *l.1.§.ſi conuenit 6.depoſiti.* veluti † 63
ſi paciſcatur, vt ſingulis annis hoc vel illo mẽ-
ſe ſoluat par gallorum gallinaceorum, quod
noſtri vocant, das Rauchhun. (Nam† quia 64
gallinæ illæ in altum euolant, ibique nidiſi-
cant, aut noctu requieſcunt, propterea al-
titudinem iuris quoque ſignificant, & in du-
bio merum imperium denotant.) Vel aliquot
modios frumenti, quod noſtri Kornpechte
appellant. vel certam ſummam denariorum
aut ſolidorum, quæ Geldtpacht & Gültte no-
bis dicitur. Item vt toties domino operetur
arando, conſerendo, triturando, ligna in do-
mum domini conuehendo. Atque† hæ quidẽ 65
operæ potiſſimùm ab ijs præſtantur, quibus
tantum agri à dominis conceſſum eſt, vt alere
equos aut boues aratores poſſint, quos noſtri
Anſpanner oder Huffner, & operas ipſas pflüg- 66
dienſte appellant: † ſicut è diuerſo tenuiores
Colonos ſeu homines ſuos, quibus tantum a-
gri ſeu facultatum non eſt, vt peculiares alere
equos, & vecturæ arationiſque officia imple-
re poſſint, Kotener/Koter/Kattſaſſen/Handt-
froner/ & operas ipſas handt dienſt/ nuncupãt,
qui tamen & ipſi non minùs quàm illi, pro
modo facultatum, & agri conceſſi, tùm operas
domino ſuo edunt, tum annuum aliquid præ-
ſtant. Dixi† ad debitas operas hominem pro- 67
prium teneri: Quia ſeruitia non ſunt extendẽ-
da & amplianda, ſed intra ſuos fines cohibẽ-
da, *c.dilect.ex.de offic.Archidiac.* Quare & ſi† quę 68

operæ indebitæ eduntur, per vim & metum intelliguntur eſſe extortæ, *l.ſi per impreßionem 11.C.de his, quæ vi met.cauſa.c.ſanè.ext. de exceſſ. prel.l.cùm ſatis.23.§.1.verſ.caueant. C. de agric.*
69 *lib.11.*& operæ † indeterminatæ à ſubditis debitæ ſuis dominis, non debent nimis aggrauari, ſed reduci ad arbitrium boni viri, *l ſi libertus 30.in prin.ibiq; Gothofr.de oper.libert.Beuſt.*
70 *in rub.de iureiur.nu.41.*Quilibet enim † tenetur iure ſuo legitimè vti, *gloſſ.in c.cauſ.8. in verb.*
71 *ſi tamen de elect d.l.ſi libertus:*quum † expediat Reip.ne ſua re quis malè vtatur, *§. ſed & hoc tempore.verſ.ſed & maior.De his q; ſunt ſui vel*
72 *al.iur.* Quòd † ſi dominus premit hominẽ ſuũ contra ius vel cõtra ſolitũ ſeruiẽdi morẽ, fortè ſi imponantur noua ſeruitia, tũc eo nomine agi poteſt contra dominum, *ex l.1.C.in quibus cauſis col.dom.accuſ.poſſ.lib.11.*

73 Porrò † circa hunc quintum effectum iuris dominici in hominem proprium competentis, & in obligatione ad faciẽdũ conſiſtentis, multæ naſcũtur quæſtiones: Prima eſt, Nunquid dominus operas ſibi debitas alteri edendas delegare vel cedere poſſit? Ac delegari cedive poſſe, apparet *ex l.ſi nõ ſortẽ.26.§.liber.12.*
74 *circa fin.de condict.indeb.* Quod † tamẽ accipiẽdũ eſt de fabrilib.non de officialib⁹: itẽ ad rationẽ æqualẽ, nõ vt deterior fiat ruſtici conditio, *vti iam dictum eſt.Iacobin.de Royd.num. 1. Ioan.Ferrar.lib.6.de feud cap.3.§.eatenùs.fol.mihi 160.*

Secun-

Secunda quæſtio eſt, An † operæ vno aut altero anno ab homine proprio non præſtitæ 75 rectè exigantur? Ac diſtinguendum eſſe Intepr. tradunt, vtrùm interpellatus neglexerit operas edere, & ſua culpa moram commiſerit, an verò dominus vel ijs non indeguerit, vel exigere eas ſuperſederit. Priore caſu, ad præteritas teneri æquum eſt, propter culpam, quæ doli loco eſt, & nemini prodeſſe debet, *argum. l. 4. l. cum patronus. 22. l. ſi libertus 44. de oper. libert.* Poſteriore caſu æquius eſt, à ruſtico non præcisè ipſam operarum editionem, ſed potiùs earum æſtimationem exigi, quum in mora non fuerit, & ipſius magis interſit exhibuiſſe operas ſuo tépore; quippe quo paratus erat, quã nũc demũ ijs moleſtari, nimirũ tẽpore minùs commodo *Iacobin. d. tract. nu. 2. Ioan. Ferrar. libr. 6. feud. cap. 3. §. ſed & de hoc. fol. mihi 160. Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur. 72. §. fi. de verb. oblig.*

Tertia quæſtio eſt, An † dominus operas hominis ſui poſſit in pecuniariam præſtatio- 76 nem, & è contrario, pro libitu conuertere? Et ſciendum eſt, aut hoc inter dominum & colonũ actũ eſſe, vt certa penſione annua perpetuò redemptæ in poſterum ſint operæ, aut incidente duntaxat neceſſitate conuerſas eſſe in pecuniã. Ac priore caſu, non poſſe dominũ omiſſa pecuniæ acceptatione ad operarũ exactionem regredi certum eſt, quia † pacta ſer- 77 uanda ſunt. *l. 1. de pact. Ferrar. lib. 6. feud. cap.*

 3. §.

Digitized by Google

3. §. proinde certa. fol. mihi 160. Poſteriore autem caſu poteſt ſuo arbitratu vel operas, vel pecuniam operis æquipollentem exigere, pro regionis more, & boni viri æſtimatione. *Iacobin. de homag. nu. 1. Ferrar. loco præalleg. Bal. in l. 1 ad fi. C. de oper. liber. & in c. 1. §. fin. de pac. ten.*
78 † *int ſubdit. in vſib. feud.*

Quarta quæſtio eſt: Si colonus ad vnam quotannis operam edendam obligatus decedat, ea nondum edita, pluribus relictis filijs, an diuidenda ſit inter filiòs operæ editio, an verò ad eam præſtandam in ſolidum ſinguli teneantur? Sanè Iacobin. *de Royd. nume. 3. 4. & 5.* latè hanc quæſtionem diſputat, *allegatis in vtramque partem argumentis contrarijs.* Subductis †autem rationibus omnibus, ſummam hanc
79 facit concluſionis, *quam Ioan. Ferrar. lib. 9. feud. cap. 3. §. in ea quoque facti ſpecie. fol. mihi 162. ſe ſequitur.* Aut operæ debentur ex ſacramento fidei clientelaris & obſequij, quod homagium vulgò nuncupari ſuprà dixi, aut ex ipſis defuncti prædijs. Si † ex fide clientelari de-
80 bentur, perſonales ſunt, & quotquot perſonæ domino fidelitatis vinculo ſeſe obſtrinxere, tot etiam ſeruitia debẽt, & quidem in ſolidũ, quia quilibet pro ſe obligatus eſt. Sin† autem
81 ex prædijs defuncti præſtandæ veniunt, is qui iure ſucceſſionis prædia adipiſcitur, munera quoque ipſis prædijs inhærentia vt agnoſcat, neceſſe eſt, quia †cũ ſua quiſque conditi-
82 one fundus tranſit, & ſeruitus prædium ſequitur,

tur,

tur,*l.alienatio.67.de contrah.empt.cum ſimil. alleg.à Gothofr.ibid. c. ex literis, 5 de pignor.c.cum non ſit,ext.de decim l.cum fundus. 13. commun. præd.* Quòd † ſi duo vel plures filij in vno prædio patri ſucceſſerũt, & operę diuiſionem recipiunt,quilibet obligatur pro virili portione,& ſua parte edita,non tenetur ad officium vllum amplius. Operis † autem diuiſionem non admittẽtibus, quilibet in ſolidum tenetur,& conuenitur. Vno tamen operam totam præſtante,cęteri liberantur,quos ad legitimã compenſationem iuris actione is,qui operam edidit,debet cõpellere. Quare † & conſultiſſimũ hoc caſu fuerit, vnũ ex omni cohæredum numero eligi(atque is quidẽ natu maximus vel primogenitus eſſe conſueuit) qui operas illas ex re communi vel pro diuiſo debitas ſolus præſtet, earumque compenſationem aliunde rurſus accipiat,*l. quoties 23. ad Treb.l.cùm pater.77. §. hæreditatem.4.de leg. 2. l. hæredes ,25.§ contrà ſi promiſſor. 10. famil.erciſcun.l.ſi duo,22 depoſiti.*

83

84

85

Quinta quæſtio eſt:An,ſicut † iam dixi, operas diuiſibiles facta partione poſſe pro portionibus virilibus à cohæredibus edi: Ita è diuerſo plures domini ſubditos communes inter ſe rectè diuidant,ſic vt ſuos quiſque habeat,quos & iuriſdictione & operis ſibi vni addictos agnoſcat. Dubium † facit, quòd iuriſdictio ſit res incorporalis & indiuidua, *c. imperialem. §.firmiter.1. de prohib.feud .al. per*

86

87

Frideri. Iacobin. de feud. in verb. dubitatur. etiam,
88 *num. 1. 2. 3. & 4.* Sed † verius eſt, ſubditos pluribus dominis communes poſſe diuidi, tum quoad operas edendas, tum quoad recognoſcendam iuriſdictionem. Nam exercitium iuriſdictionis corporale eſt, & propterea diuidi poteſt, ac diuiſum adminiſtrari. *Oldend. claſſ. 5. act. 16. tit. de act. beneficiar. fol. 920. Ioan. Ferra. loco præalleg. Bart. in l. inter tutores. 37. nu. 6. de adminiſtr. tut. vide Immol. & Panor. in c. prudentiam, 21. de offic. & poteſta. iud. deleg.*

89 Sexta quæſtio eſt: An † colonus teneatur extra territorium ſeu loca iuriſdictioni domini ſubiecta operas edere? Ac non teneri, æ-
90 quius eſt. Nam † in operarum promiſſione hoc actum eſſe intelligitur, vt eo loco redderentur, vbi dominus moratur, vel vbi prædia, quorum ratione operæ debentur, ſita ſunt, *l. q nisi, 20. & l. operæ, ſeq. de oper. libert. Iacobin. de Royd. num. 7.* Niſi conſuetudo aliud oſtendat, ex qua totum hoc ius dominicum in homines proprios fluxit, & quæ optima in obſcuris caſibus eſt interpres, aut fortè prædiorum gratia tā intra quàm extra territorium ſit inſeruiendum. *Ferrar. lib. 6. feud. cap. 3. §. hinc eſt, quòd ſubditus. fol. mihi 161.*

91 Septima quæſtio eſt: cuius † victu & impédijs operas præſtare colonus teneatur? Et quā quam regulariter ſuo ſumptu ſeruitia debita impleat, ad exēplū vaſalli, & liberti, *l. ſuo vi-*
92 *ctu. 18. cum ſequen. de oper. libert.* Tamen † conuētio, item conſuetudo locorum, quæ taci-

tæ conuentionis vim habent, *l.excepto, 18.C. Locati.* ſpectanda eſt, & coloni inopiæ ratio habenda, *d.l.ſuo victu.& l.operæ, 21.in fine.de o-per.libert.gloſſ.in l.quoniam,10.in verb.ſumptus.C. de teſtibus.Bart.in l.ſi non ſortem,26.§.libertus.nu-me.31.de condict.indebi.Iaſon ibid.nume. 28. Zaſ. ſing. reſponſ. cap.3.libr.1.nu.55. cum mul. ſeq.* In 93
† precarijs etiam, & quæ citra obligationem mero domini rogatu præſtãtur, itẽ ſi procul è territorio ſuo colonus euocat dominũ ſequi cogatur, non eſt dubium incũbere exhibitio-nẽ ſeu onus alimentorũ ipſi domino, *d. l.quod niſi,20.in fin.cum l.21.ſeq.de operis libert. Bal.in l. liberti.C.eod.* Naturali † enim ratione cibario- 94
rum impenſæ ad eum pertinent, qui hominis opera vtitur, *l.in rebus,18.§.poſſunt.2.Cõmod.* Cui conſentaneũ † eſt, vt inſtrumẽta, ſine quibus o- 95
peras domino debitas præſtare nequeat, ſuo ſumptu colonus & comparet, & rupta fractá-ve reficiat, *l.2.§.ſi conſeruatis,1.ad l.Rhod. de iact.d.gloſſ.in l.quoniam.10.ad verb.ſumptus. C. de teſtib.Iacobin.de Royd.nu.8.Iaſ.in d.l.26. §. libert. num.30.& 31.de condict.indeb. Petr. Peckius de re nautica.ad d.l.2.§.1.ad l.Rhod.de iactu. fol. mihi 173.*

Octaua quæſtio eſt: An † etiam ad noctur- 96
nas operas teneatur colonus, putà, ad excubias agendas in aliqua turre domini? Dubium † fa- 97
cit, quod ſuprà dictum eſt, operas eſſe diur-num officium, & luce explicari. Sed † ſciendũ 98
eſt tempore neceſſitatis, & ingruente hoſtium incur-

incurſu, teneri. *Bart. in d. l. 26. §. libertus, 12. nu. 15. de condict. indeb. Iacobin. de homag. num. 43. vſque ad fin. tractatus. Beuſt. d. Rubric. de iureiur. num. 42.* Aut ſi pacto, aut inueterata conſuetudine debeantur. conſentit Auguſt. Elect. Saxon. conſtit. 51. par. 2. in verbis, Do aber dennoch derwegen eine vorwerte gewonheit / oder aber ſonderliche pacta vnd vereinigungen kündten dargethan werden/oder es were in gemeinen Kriegsleufften/ oder daß Mordtbrenner ſchaden theten / oder die Lehn Herrn hetten abgeſagte Feinde/ꝛc.

99 Nona quæſtio eſt, An † diruto caſtro, ad quod colonus tenebatur operas edere, putà ligna vel aquam conuehere, &c. vel in excubijs eſſe, & nouo non ibidem, ſed alibi inſtaurato, cogi iure poſſit operas & cuſtodiam ad illud
100 nouum præſtare? Dubium facit, † quòd idem caſtrum eſſe exiſtimari nequeat, cuius ſpecies eadem non conſiſtat. *l. proponebatur, 76. in fin.*
101 *de iudici.* Sed † verius eſt, ad nouum caſtrum ſeruire colonum oportere, quia ſuccedaneum ſapit naturam eius, cui ſurrogatur. *Iacobin. de Royd. num. 50. Ioan. Ferrar. lib. 6. feud. cap. 3. §. ſed quid ſi caſtro, fol. 161.* & colonus ſeruit propter rem ipſam, id eſt, prædium, quod à domino tenet, vel lege conuentionis, quam cum eo inijt, *argumento l. ſi eum, 10. §. qui iniu-*
102 *riarum, fin. Si quis caution.* Item † permiſſum eſt domino operas, quæ quocunque nomine ſibi debentur, in id, quod maximè neceſſarium ſi-

um ſi-

um ſibi videtur, conuertere, *argumen. l. legatā, 4. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin. l. fin. in prin. de oper. public.*

Decima † quæſtio fluit ex præcedenti: An homo proprius ad nouas domini ædes extruendas, vel conſeruandas, ſuſtinendaſque teneatur operas ſuas edere, præter morē hactenus obſeruatum, aut conuentionis legem? 103
Et † non teneri, probabile eſt, ne deteriori conditione prægrauetur. *l. cum ſatis, 23. §. 1. verſic. caueat, C. de agric. & cenſit. lib. 11.* vtq́; † onera potius reſtringantur, quàm amplientur, *c. odia, de reg. iur. in 6.* 104 105

CAPVT VII.

1 Effectus iuris in proprios homines, quoad dominum. num. 2.
3 Mediocris caſtigatio ſubiectarum aliquo iure perſonarum eſt permiſſa ſuperioribus. numer. 17.
4 Domino licet caſtigare ſeruum. nu. 5. 6. 7. 9. hominem proprium 14. familiam.
10 Libertum patrono.
11 Filium patri.
12 Minorem propinquo.
13 Diſcipulum magiſtro.
15 Marito vxorem.
16 Monachum abbati.
18 Regula, Quotieſcunq; exceſſus prohibetur, toties mediocritas permittitur, exiguitas verò pro nulla habetur.

24 *Quando locum habeat.25.& 26.eius ratio duplex. num. 66.*
19 *De minimis non curat prætor.*
20 *Reſtitutio minoris non ſit ob damnum aut præiudicium modicum.nu.21.*
22 *Reſciſsio venditionis. num.28.ob minimam cauſam non conceditur.*
23 *Arbitramenti reſciſsio.*
27 *Vulnuſculi pœna.*
28 *Febriculæ,inualetudinis excuſatio.nu.29.*
30 *Modicæ fidei teſtium depoſitio.*
31 *Minimi lucri adquiſitio.*
32 *Parum ſcientis conditio.*
33 *Modicæ iniuriæ aut doli actio.nu.34.*
35 *Modicarum impenſarum reputatio.nu.36.37.*
39 *Modicæ torturæ æſtimatio.*
40 *Modicæ ſummæ debitor.nu.41.48.*
42 *Modicæ ſolemnitatis omiſsio.*
43 *Subſtantia pupilli modica.*
44 *Poſſeſsio modicorum immobilium.*
45 *Rei viliſsimæ alienatio.*
46 *Comparatio domunculæ.*
47 *Modica dos pro nulla eſt.*
49 *Modica ſuperficiei conductio.*
50 *Modica raſura.*
51 *Modica teſtium diſcordantia.*
52 *Pauciſsimi dies reſidui.*
53 *Repreſſaliæ ob modicam ſummam.*
54 *Mora modici temporis.*
55 *Dilatio temporalis creditori non deneganda.56.*
57 *Modicum detrimentum.*

58 Le-

Digitized by Google

58 Locatio an in feudis prohibita. nu.59.60.
61 Modica familiaritas.
62 Modica deterioratio.
63 Reuocatio donationis modicæ.
64 De modica ſumma appellatio in Cam. non recipitur.nu.65.
67 Modica res ſeu ſumma quæ dicatur.
68 Secundò, dominus poteſt multare & coercere ſuum hominem.
69 Tertiò,poteſt eum capitaliter punire & confiſcare.
70 Quartò,ab alio vindicare.
71 Quintò, agere contra moleſtantem ſuum hominem.
72 Sextò, iniuriarum nomine agere.
73 Septimò,petere ſuo homini iuſtitiam fieri, qua denegata ei concedere repreſſalias.
75 Octauò,colonum eijcere è fundo.
76 Dominus præfertur omnibus extraneis emptoribus.
77 Nonò,dominus hominibus ſuis ſine prole defunctis ſuccedit.
78 An dominus ſuccedat ſuo homini in nominibus habitis in alieno territorio.nu.79.80.81.82.
83 An dominus homini ſuo in ſuo territorio defūcto ſuccedat in immobilibus alibi ſitis.n.84.
85 Decimò poteſt dominus à colono iura venditionalia exigere.
86 Fallit in alijs contractibus.
87 Odioſa ſtrictè accipienda.
88 Iura venditionalia quid & quotam bonorũ partem

tem

tem complectantur. nu.89.90.

91 *Vndecimò, dominus tenetur ſubditos ſuos defendere.*

92 *Duodecimò, poteſt in caſu neceſſitatis indicere hominibus ſuis extraordinariam contributionem.*

93 *Fallit in his, quibus iure hæc facultas conceſſa non eſt.*

Quæſtio IV. Principalis, pars poſterior.

1 DIxi ſuprà, effectum † iuris dominici in homines proprios dupliciter conſiderari, videlicet reſpectu ipſius hominis, & reſpectu domini. Et hominis quidem contemplatione, tum in omiſſione actuum illicitorum, tum in facto debitarum operarum & præſta-
2 tionum conſiſtere. Abſolutis † igitur quàm fieri potuit breuiſſimè ijs, quæ ad colonū ipſum pertinent, tranſeamus ad eos effectus exponendos, qui domino vi & poteſtate huius
3 iuris competunt. Ac † primò quidem pro regula hic obiter tenendum, quòd mediocris caſtigatio ſubiectarum aliquo iure perſona-
4 rum eſt permiſſa ſuperioribus. Hinc † domino licet ſeruum ſuum moderatè caſtigare. *l.*
5 *vn. C. de emend. ſeru vbi Gothofr.* quod † vſufructuario quoque permiſſum eſt, vtcunque dominus non ſit. *l. locum, 17. §. ex eod. 1. de vſu-*
6 *fruct.* Et † marito in ſeruos dotales. *l. ſi conſtāte,*

24. §.

Digitized by Google

24.§.ſi maritus, 5.ſolut.matrimo.& creditori in
ſeruum ſibi pignori datum,quē † vincire me- 7
rentem poteſt.*l. ſeruum.27.in fine de pignor.* Id† 8
quod ſanè mirãdum eò minùs eſt,quando ijs
etiam,qui anguſtiorem in alios habent pote-
ſtatem , quàm domini in ſeruos, modica ta-
men in ſubiectos ſæuitia libera eſt.Poteſt† e- 9
nim dominus homines ſuos propria auctori-
tate comprehẽdere,& mediocribus plagis ca-
ſtigare,*text.& ibi Bald.in Authen.ad hoc qui ſu-*
*am.in fin.C.de latin.libert.toll.*Et† patrono le- 10
uis coercitio in libertam ſuam , etiam mari-
to nuptam,non denegatur.*l. non ſolùm.11 . §.*
*quamquam.7.verſ.leuis enim. De iniur.*Et † patri 11
poteſtas tributa eſt filios pietatẽ ipſi debitam
non agnoſcentes caſtigare, & aduerſus perſe-
uerantes acriori quoque remedio vti; imò
magiſtratui eos offerre,vel carceri includen-
dos,vel alio modo corripiendos. *l.1. de obſeq.*
libert.l.3.C.de patr. poteſt.l.diuus 5. ad l.Pōpei.de
parricid.vide VVeſenb.in paratit.l.ff.de re milit. in
*fine.*Et†propinquis licet pro qualitate errati 12
corrigere minores,vt quos ad vitæ decora
domeſticæ laudis exempla non prouocant,
ſaltem correctionis medicina compellat.*l. vn.*
C.de emendat.popinquorum.

Et † magiſtro diſcipulum docenti , ſi pa- 13
rum bene faciat diſcatuè,quod traditũ demō-
ſtratumue erat, leuis caſtigatio conceſſa eſt.*l.*
ſed & ſi quęcunque,5.§.fin. ad l.Aquil.l.item quæri-
tur. 13.§. item Iulianus.4.ibique Gothofr.Loca-

14 *ti. Quintilianus lib.1.Inſtit.orator.c.3.in fi.*Et† in familiam operas locatas ſegniter infideliterve facientē eadem poteſtas domino eſt. *gloſſ. in c.cum voluntate.54.§.fi.in verb.de familia ext. de ſenten. excommunic.text.in c.duo iſta.23. q.4. c.cū beatus.§.Salomon.c.diſciplina.§.diſt.45.Antō. de Butr. in c. cum contingat. de for. compet.*
15 Et marito † permiſſum eſt, vxorē mediocriter coercere.*l. conſenſu.8.§.ſi qua.2. C. de repud.Nouell.117. ca.14. ibiqúe omninò Gothofr. c. placuit. 33. q.2.c.quemadmodum.25.de iureiu. Oldend.claſſ.7.act.12.*Et † abbas licitè poteſt
16 monachum,clericum,aut conuerſum verberare.*c.vniuerſitatis. 24. de ſent. excommun. d.c. cum voluntate.54.eod.glo.in c. poteſt quis. 68. de*
17 *reg. iur.in 6.*Idemqúe † iudiciū vniuerſum eſto de ijs,qui in aliqua poteſtate ſuperiore ſunt conſtituti,quocunq; tandem nomine ea adpelletur,obſeruato tamen decore cuiuſque regimini apto & accōmodato.*d.c.duo iſta 23. q.4.*vt in ſubiectos peccātes iuſtè ſæuiat diſciplina,ijsdemqúe nihilominus piè conſulat miſericordia.*d.c.diſciplina diſt.45.*Ex† quibus
18 omnibus ad ſummam colligi poteſt, quotieſcunque exceſſus prohibetur, toties mediocritatem permitti,exiguitatem verò ſeu in defectu poſitam extremitatem adeò non curari, vt pro nulla habeatur.*Paris de Puteo, de redintegr.feud. c. 150.&163.&Bertachinus in verb. modicū.vbi conciliat pugnātia.*Vnde† regula illa
19 nata eſt:de mininis non curat prætor.*l. ſcio.4. de in-*

Digitized by Google

de in integr. reſtit. Bart. in l. ſi proprietarius, 22. numer. 2. de dam. inſi. Sic † minor reſtituitur in integrum aduerſus venditionem, ſi grande 20
ipſius damnum ſit. *l. ſi ex cauſa. 9. in princi. de minor, d. l. 4. de reſtitu. in integr.* Sic † non con- 21
ceditur reſtitutio ei, qui omiſit probare vel opponere exceptionem dilatoriam, quia dicitur modici præiudicij *fac. l. ſi fideiuſſor. 29. §. quædam, 4. Mandat. M. Anton. Cucch. de morat.* 22
præſcript. num. 157. & 158. Et † venditio non reſcinditur, niſi læſio doceri poſſit vltra dimidium iuſti precij. *tot. tit. ff. & C. de reſcind. vend. Ferrarienſ. in form. lib. quo agit. ad pœn. ex comprom. in verb. nec reductio peti. num. 4.* vbi † pro- 23
pter modicam læſionem non conceditur reductio arbitramenti ad arbitrium boni viri; ſecùs ſi enormiſſima ſit, tunc enim rectè petitur, etiamſi eidem renunciatum ſit iurato. *Marant. de ordin. iudici. pag. 6. fol. mihi 573. num. 115.* Ratio † autem regulæ, quæ quidem vera 24
eſt, cum de retractandis ſeu reſcindẽdis negocijs antea geſtis contractiſque agitur: *Bartol. d. loco.* duplex eſt. Prior, † quòd omnes actio- 25
nes reſciſſoriæ dantur contra ius ciuile, & propterea odioſæ ſunt, neq; de quauis minima friuolaq; cauſa concedi debent. Poſterior † : ne 26
propter minimã rem vel ſummã maiori rei vel ſummæ præiudicetur. *d. l. 4. de in integr. reſtitu.* Sic † vulnuſculi modici ratio non habe- 27
tur, vbi de vulneratione quæſtio eſt. *l. 1. §. penult. ad Syllan. l. vulneris magnitudo. 8. de iniur.*

l.1.§.proinde,8.de ædil.edicto, gloſſ. in c. cum illo-rum,32.verb.effuſionem ſanguinis, de ſentent.ex-communic.Brun.de ſtatut.art.9.num.99. Et † fe-
28 bricula leuis, aut vetus quartana, quæ iam ſperni poteſt, nõ facit hominem morboſum, vicioſumve, neq; redhibitioni anſam præbet. *d.l.1.§.proinde, 8.de ædil.ed. l.quæſitum. 60. de re*
29 *iudic.* Et † infirmitas corporis exigua non præſtat excuſationem à munere obeundo. *gl.*
30 *in c.placuit, diſt.18.* Et † modicæ fidei teſtes, vt ſunt ij, qui malæ famæ vel leuis opinionis habentur, aut nihil, aut parum probant. *c.licet cauſſam, 19. ibi, vſque adeò tamen malæ famæ ſunt & leuis opinionis, quòd eorum dictis nulla vel modica eſt adhibenda fides, de probat.* Et † mini-
31 mum lucrum pro nullo eſt, *§.1. in verbo. pro*
32 *nullo aut minimo lucro.de l. Falcid.* Et † parum ſcientis cõditio, æqualis eſt illi, qui nihil ſcit. *gl.in c.oportet verò, 8. verb. inter quos, in fine.*
33 *Nouell.73.* Et † modica iniuria pro nulla habetur, neque actionem iniuriæ gignit. *c.cum*
34 *te.23. de ſent.& re iud.* Et † actio de dolo non eſt indulgenda, ſi modica ſumma ſit, hoc eſt, duorum aureorum. *l.ſi quis.9.in fi. cum l.10.&*
35 *11.ſeq.de dol.mal.* Et † impenſas modicas à marito factas in res dotales, non dicitur arbiter curare. *l.omninò,12.de impenſ. in reb. dotal.fact.*
36 Sicut † nec impenſas modicas in rem commodatam factas commodatarius repetit. *l. in rebus,18. §.poſſunt,2.commodati.* Nec † vſufructua-
37 rius à proprietario repetit expenſas modicas, in

in rem vtendam fruendam datam factas. *l. vſuſructu leg. 7. §. quoniam, 2. l. ſi pendentes, 27. §. ſi quid, 3. de vſuſruct. l. eum. 7. C. eodem.* Et † res 38
bona fide vendita, propter minimam cauſam inempta fieri non debet. *l. ſi quis donationis, 38. l. res bona fide 54. de contrah. empt.* Et † ſta- 39
tutum loquens de tortura, non habet locum in tortura valdè leui & modica. *Bald. in l. obſeruare. C. quorum, adpellat. non recip.* Et † debi- 40
tor minoris, etſi regulariter tutor vel curator eiuſdem eſſe nequit; tamen, ſi modicam ei ſummam debeat, à tutela curave non repellitur. *gloſſ. in Authent. minoris, C. qui dar. tut vel curat. poſſ.* Sicut † & ſtatutum permit-
tens debitoris de fuga ſuſpecti capturam, non 41
habet locũ in debitore modicæ ſummæ *Brun. de ſtatut. art. 9. nu. 98.* Et † omiſſio modicæ ſo-
lennitatis non vitiat actum. *l. 1. §. vlt. ibiq; Gothofr. de vent. inſpic. Brun. d. art. nu. 103.* Et † le- 42
gitimis tutoribus, qui alioqui ſatiſdare tenẽ- 43
tur, rem pupilli ſaluam fore, ea ſatiſdatio remittitur, ſi ſubſtantia pupilli modica ſit, *l. legitimos. 5. §. 1. de legit. tutor.* & è contrario, etiamſi poſſeſſio † immobilium releuat ab one- 44
re ſatiſdandi iudicio ſiſti, & ſuſpicionem fugæ diluit: Tamen ſi bona illa immobilia admodũ vilia modicave ſint, poſſeſſor ſatiſdare tenetur. *Iaſ. in l. ſciendum, num. 7. qui ſatiſda. cog.* Et † quamuis prælatus ſolus non poſſit alie- 45
nare res Eccleſiæ immobiles ſine ſolennitate, quum ijs tanquam commendatis, non tanquã

proprijs vtatur. *c. ſine excep.12.quæſt.2.* Tamen rem viliſſimam, putà, areolam, vineolam, agellam, non obſeruata ſolennitate, rectè alienat. *c.terrulas.12.quæſt.2.* Et extraneus, † qui
46 ſtatuto prohibetur adquirere immobilia bona in territorio, vbi ſtatutum viget, ſita: non intelligitur prohibitus domunculam ibi cõparare. *Iaſ.in d.l.ſciendum, num.10.* & Authent. prætereà.C.vnde vir & vxor. quæ † vxorem
47 indotatam admittit ad ſucceſſionem viri, etiam locum habet in vxore modicè dotata. *Iaſon.ibidem num.11.* Et † debitor non poteſt ha-
48 beri pro ſuſpecto, qui parum debet. *Cynus, Bald: & alij in Authent. ſed iam neceſſe. per gloſſ. ibid. C.de donat.propter nupt. Iaſ. d: loc.num.12.* Et ſi ad modicum tempus † quis ſuperficiem
49 conduxerit, negatur ei actio in rem. *l.1.§.quod*
50 *ait prætor.3. de ſuperfic.* Et † modica raſura non vitiat inſtrumentum *Anton.de Butr. in c. ex li-*
51 *teris, ad fin.de fide inſtru. Iaſon.d.loco, nu.17.* Et † modica teſtium diſcordantia ſeu varietas non eleuat eorum teſtimonium. *Anton. de Butr. in c. 2. de regula. per gloſſ.2. Iaſ. loco allegat.numer.18.* Et † præſcriptio intra pauciſſi-
52 mas dies perficienda, habetur pro completa, ſicut dicitur, Quodque parum diſtat, nihil id diſtare videtur. *Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, numero 53. de vſucap.* Et † pignorationes vulgò
53 Repreſſaliæ vocatæ, & ob denegatam, vt loquimur, iuſtitiam concedi ſolitæ, non ſunt permittendæ, ſi res modica ſit, quæ petitur, vel

cuius

Digitized by Google

cuius recuperationi iuriſdictionẽ ſuam alienus magiſtratus accommodare recuſauit. *Bartol in tract. Repreſſal. ſecunda quæſt. princ. verſ. ad quartum quæritur*. Et † in mora modici temporis non eſt magna iactura. *l. ſi debitor. 21. de iudi. ſi in lege. 24. §. colonus 4. locati*. Vnde 54
dilationes † temporales creditori ad ſoluendum non ſunt denegandæ. *l. 2. C. de precib. Imper. offer*. & cùm de modico † præiudicio agitur, etiam nulla adhibita cauſæ cognitione, dilatio annalis à Principe poteſt concedi. *M. Ant. Cucch. de morat. præſcript. nu. 35.* Eandemque ob cauſam excuſantur, nec pœna ordinaria puniuntur, qui ſcienter bannitos hoſpitio repentino excipiunt tanquam viatores ſtatim diſceſſuros, quum modica mora noxia eſſe non ſoleat. *Gail. lib. 2. de pac. publi. cap. 10. nu. 35.* 55 56
Et præſes † cõpellit vicinum vicino iter ad ſuum fundum vel ſepulchrum vendere, inſpecta loci opportunitate, ſi ſine magno detrimento id facere poſſit. *l 12. in princip. de relig. fune.* Et † locatio licèt in feudis ſit prohibita. 57 58
Bal. in c. 1. §. aut ſi libellario, quib. modis feud. amitta. vbi & DD. propterea, quòd vtile dominium transferatur in conductorem, quæ in ſpeciem alienationis incidit: Tamen, † ſi ad modicum tempus, id eſt, intra decennium, *Cardinal in Clement. 1. §. fin. 4. quæſt. de rebus eccleſ. non alien. Alexand. conſil. 16. 4. par. & in l. ſi filio §. fina. ſolut. matrimon. fiat*, permittitur. *Zaſ. in Epito. feud. pag. 9. nu. 12. Iul. Clar. lib. 4. recept. ſentent. §. feu-* 59

dum, quæſt. 33. Paris de Puteo, de redintegrat.
feud. cap. 210. num. 3. & ſeq. & cap 255. 286. 290.
Bartol. Socin. regu. 25 fol. mihi 14. & ſeq. Bal. loco
præalleg. Quamuis hanc communem opinio-
60 nem forſan † non immeritò reprehendat Cõ-
na. *lib. 7. Commentar. iur. ciuil. cap. 12.* pro quo
facit gloſſ. notab *in l. Lucius, 88. § inſtituto. 15. in*
verb. non extitiſſe, de lega. 2. vbi dicitur per lo-
cationem etiã ad 100. vel 1000. annos factam,
nullam alienationẽ intelligi. *Idem ſequitur &*
defendit Ar. Pinel. ad l. 1. par. 3. nu. 64. & ſeq. C. de
61 *bon. matern.* Sic † ob modicam familiaritatem
cum parte aduerſa, non recuſatur iudex tan-
quam ſuſpectus. *Maranta in ſpec. fol. mihi 558.*
62 *nu. 27. & fol. 560. nu. 43.* Et † modica deteriora-
tio rei in Emphyteuſin conceſſæ, non priuat
iure ſuo Emphyteutam. *Iul. Clar. in §. Emphy-*
63 *teuſis, qu. 26. in fin.* Et † reuocatio donationis in
re quapiam modica ex l. ſi vnquã. C. de reuo-
can. donat. non habet locum, *Tyraquell. in d. l.*
64 *verb. omnia, nu. 26.* Et cauſa, † quæ 50. aureos nõ
excedit, non acceptatur in Camerali foro Im-
perij, cap. 28. par. 2. In der Cammergerichts
65 ordnung / quæ † ſumma poſtea eſt extenſa ad
aureos 150. in decreto Spirenſium Comitiorũ
Imperij, anno 1570. promulgato. fol. 19. *Gail.*
lib. 1. practi. Obſeruat. 123. nu. 1. Adeoq; generali-
ter verum eſt, non ſolùm in retractatorijs,
66 ſed † etiam in materijs prohibitorijs, caute-
lis, ſolennitatibus, delictiſque & eorũ pœnis,
non haberi vilium, modicarum, aut minima-
rum

rum rerum rationem, in tantùm ſcilicet, vt idem conſequatur ex iȷs effectus, qui ex magna iuſtave quantitate vel qualitate conſequi ſolet: *ſicut videre eſt ex Iaſone in d. l. ſciendũ, qui ſatiſd. cog.* Porrò † ad quantã ſummã, ſeu menſu- 67
ram, aut valorem, vel numerum redigenda ſit æſtimatio exiguitatis, quę vel nihilo ęquiparetur, vel cuius non admodum ratio habeatur, quæſitum eſt. Et verius eſt, modicam rem pro quæſtionis cuiuſque ratione & circumſtantiȷs dici, atque idcircò iudicantis arbitrio eam æſtimationem eſſe permittendã. *glo. & Barto. in d. l. omninò. 12. in verbo. modicas, de impenſ. in reb. dotal. Tyraquell. d. loco, num. 28. addit. ad Specul. lib. 4. Rub. de cauſa proprieta. & poſſeſſ. §. de real. & perſonal. actio. num. 13. ſub lite. e. Ar. Pinel. in l. 1. par. 2. num. 72. C. de bon. matern. Menoch. de arbitrar. iudic. qu. libr. 2. cent. 2. caſ. 145.*

Secundus † effectus poteſtatis dominicæ in 68
homines proprios eſt, pœnis ſeu mulctis pro delicti qualitate eos coercere. *l. vnic. in princi. ſi quis ius dic. non obtemp.* quia pœnæ & mulctæ ſunt fructus iuriſdictionis. *Bart. in l. ſin. nu. 2. ſol. matrim. l. mulct. 5. C. de mod. mulct. Iacobi. de feud. §. Marchio. in Italia, verſic. dubitatur etiam, num. 2. in princ. Gail. tract. de Arreſtis Imperȷ, ca. 8. nu. 4. & 5. & cap. 13. num. 18.*

Tertium †, ſi habeat merum & mixtũ im- 69
perium in eo territorio, vbi colonus proprius habitat, iſque facinus capitale admiſerit,

 poteſt

Digitized by Google

poteſt ei dominus irrogare pœnam mortis & publicationis bonorum, ex conſequentia criminis. *Iacobin. de Royd. numer. 9. gloſſ. in l. vnic. in verb. proſcriptionis. C. ne ſine iuſſu Princip. cert. iudic. lic. confiſc.*

70 Quartò,† poteſt hominem ſuum ab alio detentum, ſecundùm iuris formam vindicare. *Angel. & Bald. in l. 1. C. de rei vindic. Iacobin. de Royd. num 9.* Idque præiudicijs, interdictis, & cognitione prætoria rectè fieri, apparet ex l. 1. §. per hanc. *ibiqúe Gothofr.* de rei vendicat.

71 Quintò,† ſi moleſtetur & inquietetur colonus, idque in detrimentum & præiudicium domini redundet, poteſt dominus agere contra moleſtantem, ratione eius, quòd ſua interſit. *Iacobin. de Royd. num. 11.*

72 Sextò,† ſi iniuria colono facta ſit in contumeliam domini, vtque is per coloni latus vulneraretur, poteſt dominus iniuriarum eo nomine agere. *Iacobin. ibid. nu. 11. Bartol. in l. 1. §. idē ait, in fin. de iniur. l. item apud Labeonem. 15. §. penult. eod. Gail. lib. 1. Obſeru. 125. & ſeq & de pignora. Obſeru. 6. num. 12. & de arreſt. Imperij, cap. 8. num. 6. & 7.*

73 Septimò, †poteſt petere ſuo colono damnum paſſo, vel creditum repetenti, vel alia quauis de cauſſa actionem intentanti, ius & iuſtitiam adminiſtrari, idque niſi fiat, pignorationes ſeu clarigationes, in quibus alius pro

alio

alio exigitur & prægrauatur,& quas vulgaris elocutio, Repreſſalias nominat,rectè concedit. *c.vnic.vbi gloſſ.in verb.concedi, de iniur.& damn.dat.in 6.Bart.in tractat.de repreſſal. Iacobin.d.num.11.* Quando † autem & quomodo intelligatur iuſtitia denegata, vide Ferrarium *in forma libelli,in act.real.§.iure dominij,num.19. cum ſequen fol.mihi 9.fact.2.* vbi & docet, quis concedere poſſit repreſſalias, & quomodo ſuccurratur ei,qui coactus eſt ratione repreſſaliarum ſoluere. *Vide omninò Gail. de pignora. Obſeruat.8.per totum.* 74

Octauò,† dominus colonum ſuum quibuſdam in prouincijs,vt hic in Megapoli, poteſt eijcere è ſuo fundo, item aliò transferre, & villam ſuo arbitratu ſibi è prędijs colono cõceſſis extruere, *dixi ſuprà cap.2.num.31.& ſequ.* Alijs in locis,vbi minùs duriter coloni habentur, nec expelli poſſunt,quandiu annuam ſuam penſionem ſoluunt,ac ferè Emphyteutarum loco ſunt,vt ad Rhenum, in Thuringia,& alibi:dominus† omnibus extraneis tẽporibus præfertur, quoties colonus meliorationes ſuas vendit, *id quod ſcripto iuri congruit.l.fin.C.de iure emphyteut.* 75 76

Nonò,† quibuſdam in locis,vel ex conſuetudine,vel pacto,vel priuilegio dominus ſuccedit colono ſuo ſine liberis defuncto. *Iacobi. de Royd.nu.12.* Vnde quæſtionem mouet Iacobi. *ibidem num.23:* An† poſita hac, de qua dixi, ſucceſſione domini, ſi colonus nomina habue- 77 78

buerit, non in ipſo domini, ſed in alieno territorio, dominus defuncto in ijs quoque ſuc-
79 cedat? Et † multis vltrò citroque allegatis, diffuſeque examinatis rationibus, tandem reſpondet, dominum ſuccedere. Tum quòd in vniuerſum hominis ſui ius ſuccedat, quo & nomina pertineant. *l. hæres in omne. 37. de acquiren. hæred. l. hæreditas. 62. l. qui in ius. 177. in*
80 *princ. de reg. iur.* Tum quòd † actiones iſtæ perſonales ita inhæſerint colono, vt ab eo auelli non potuerint *gloſſ. in l. ſi quis ergo. 17. in verb. in nominibus. l. ſi Sticho. 54. de pecul. gloſſ. in l. ea verò. 3. in prin. pro ſocio.* ac propterea ad neminem præterquam ipſum dominum ſucceſſorem
81 peruenire queant. Tum quòd † dominus confiſcans facinoroſum, non queat cōfiſcare bona eius immobilia alibi ſita ſed tantum mobilia, vtpotè perſonalia, confiſcatoq; immediatè cohærentia. Nomina autem ſint accenſenda immobilibus. *Iacobi. de Royd. nu. 17.* Tū
82 quòd † in donatione omniū, quæ certo quis in loco habeat, non veniāt nomina ibidē donatori competentia, quippè quæ, quòd incorporalia ſint, non queant territorio circū-
83 ſcribi. *Iacobi. d. loco, num. 18.* Ex † quibus omnib. colligi facilè poteſt definitio quæſtionis, quā *Iacobi. nu. 20.* ſubnectit, an videlicet colono dominus bona tū in ſuo, tū in alieno territo-
84 rio habenti, vtrobiq; ſuccedat? Non † enim ſuccedere manifeſtum eſt, quū incluſio vni9 ſit excluſio alterius, *per. vulgar.* Diximus autē

in

Digitized by Google

in bonis mobilibus alibi ſitis, dominum ſuccedere. Ergo in rebus ſoli non ſuccedet.

Decimo †, poteſt dominus iura venditionalia exigere, quoties coloni ſeu homines proprij prædia ſua, quæ ab ipſo recognoſcũt, vendunt, vel alienant, cùm, vel ſine pacto reluendi, idq́ue ſiue contractus procedat, ſiue irritus fiat. *Iacobi. de Royd. nu. 28. 29. 35.* Quod † tamen ad contractus alios: putà, dationem, in ſolutum, permutationem, diuiſionem, & ſimiles, in quibus nulla res adquiritur noua, neq; pretium interuenit, non eſt porrigendũ. *Iacob. ibid. nu. 30. 31. 32. 33. 34.* In † onerosis enim & odioſis propria & ſtricta verborũ ſignificatio accipienda eſt, in tantũ, vt quæ verbis legis aut ſtatuti actibuſq́; conſuetudinis palàm expreſſa non ſunt omiſſa intelligi debeant, *l. quidquid adſtringendæ. 99. de verbor. obligat. cum ſimilib.* Sunt autem † iura venditionalia certæ portiones pretij, quæ domino ex re feudali, vel Emphyteutica vendita ſoluuntur, tum in recognitionem domini directi, quod ipſe retinet, tum vt alienationi faciliùs conſentiat, eamve pro iure ſuo ratam habeat: vulgò Laudemia voce barbara, noſtri vernaculo ſermone Lehnwar/nuncupant. Ea † olim quinquageſima pretij parte definita ſunt. *l. vlt. C. de iu. emph. Egui. Baro. de feu. lib. 2. tit. 8. in fin.* Hodie † autem vt alia onera publica & priuata, in ſingularem peccatorum noſtrorum pœnam creuere: Ita iura quoq; venditionalia multò auariùs

Marginal numbers: 85 86 87 88 89 90

riùs à dominis exiguntur, ſicut in Thuringia complectuntur vigeſimam, alibi decimam, octauam, ſextam, & in quibuſdam etiam prouincijs tertiã partẽ. Vnde & Iacobin. de tertia ſemper quærit, *in tracta de Rhoyd. nume. 28. & ſequen.*

91 Vndecimò, † dominus tenetur homines ſuos defendere, quia propterea edũt ipſi operas, & præſtationes debitas conferũt, vt viciſſim prædia ſua pacatè tenere queant, & ab eo protegantur, atque defendantur contra vim & iniuriam. *Iacobin. de homag. num. 36.*

92 Duodecimò, † poteſt dominus in caſu neceſſitatis indicere ſuis hominibus contributionem extra ordinem, quatenus quidem regalia iura à ſũmo Principe cõceſſa teneat, vel conſuetudine, pactove licitè id facere poſſit. *Iacobi. de homag. num. 33.* Non † enim paſſim cu-
93 iuis hæc facultas libera eſt, ſed ijs duntaxat, quibus hæc iure competit, *tit. quæ ſint regal. in vſib. feud.* Euagatur autem, hac occaſione captata, Iacobin. in ampliſſimum campum tractationis de collectis, *quam à num. 33. in tract. de homag. auſpicatus pertexit vſq; ad finem.* Eũque ſecutus Ioan. Ferrar. *in libr. 6. feud. cap. 5. & 6.* Et Aegid. Tomatus *in tract. de muner. patrimon. & alibi*, quos citat Iacobin. *de homag. num. 38.* & quorum diſputationes huc accerſere extra inſtitutum eſt.

CAPVT VIII.

1 Quomodo ius in proprios homines ſoluatur.

2 Pri-

2 *Primò ſoluitur renunciatione, & nu.6.*
7 *Fallit hic in Megapoli.*
3 *An in obligationibus facti ſuccedat ſemper id quod intereſt, & nu.4.5.& 152.*
8 *Secundò, præſcriptione infinitæ memoriæ.*
9 *Homo præſumitur viuere ad centum annos.*
10 *Tertio emigratione, aut abſtinendo ſe à paterna hæreditate, & num.12.*
11 *Fallit in Megapoli.*
13 *Onus ſequitur commodum rei.*
14 *Carens bonis habetur pro mortuo, ſaltem fictione.*
15 *Quartò, ſurrogatione alterius coloni.*
16 *Scholaris diſceſſurus an poßit alium in ſuum locum ſubſtituere.*
17 *Quintò, peremptione ipſius prædij.*
18 *Sextò, expreſſa manumißione domini.*
19 *Fallit in reuerentia & ijs, quæ facilè expedire colonus poteſt, præſtandis, & num 20.*
22 *Septimò, pœnalibus modis, quibus dominis tanquam indignis ius dominicum aufertur.*
23 *Plus delinquit quis in committendo, quàm in omittendo.*
24 *Abuſus rerum plerumque punitur earundem priuatione.*
25 *Quatenus quis rei ſuæ moderator & arbiter, & num.26.& 42.*
27 *Abutens iuriſdictione, priuilegio, meretur id amittere, & num.28.*
29 *Pater abutens ſua poteſtate in filium, cogitur eũ emancipare.*

30 Ab-

30 *Abutens feudo, priuatur eo.*

31 *Maritus ſæuus in vxorem, ea priuatur, quoad menſæ & thori ſeparationem.*

32 *Pater abutens & diſſipans bona liberorum aduentitia, priuatur eorundem adminiſtratione.*

33 *Fructuarius iure ſuo abutens, vti frui iuſtè prohibetur.*

34 *Colonus malè vtendo fundo, poteſt expelli.*

35 *Conſtitutus in dignitate, ea priuatur, ſi fiat periurus.*

36 *Prodigus meretur interdictionem bonorum.*

37 *Emphyteuticam rem deteriorans amittit.*

38 *Imperator indignum ſe Imperio gerens, eo ſpoliatur.*

39 *Cautela pro ſubditis cōtra ſæuitiam ſui domini.*

40 *Regulariter nemo inuitus rem ſuam vendere, vel alienam emere, vel contrahere compellitur.*

41 *Homines non cogendi aliquid inuiti facere de rebus ſuis.*

43 *Contractus & diſtractus pari iure cenſentur, & num. 44. 45.*

46 *Creditor non cogitur mutare debitorem.*

47 *Conſenſus in omnibus contractibus requiritur.*

48 *Inuiti non conſentiunt.*

49 *Fallit ſupradicta regula primò in ſpeciali diſpoſitione legis contraria, & nu. 50. 51.*

52 *Secundò fallit in vltima voluntate, libertateve conſecranda, & num. 53. 54. 55. 56.*

57 *Tertiò fallit in religione promouenda, & num. 58.*

Digitized by Google

58.59.60.61.62.63.64.65.66.67.68.69.70.
71.72.73.74.75.76.77.78.79.& 80.

81 Quartò fallit ob fauorem publicæ vtilitatis, & num.82.83.84.85.87.89.91.92.95.96.

82 Regulariter dominium rei meæ non poteſt ſine facto ad alium tranſire, aut mihi eripi.

84 Expedit Reipublicæ ſcelera puniri.86 agros non iacere incultos.88. Dotes mulieribus conſeruari.

93 Ne quis re ſua malè vtatur.

90 Communio mater diſcordiæ.
Item fauorabilis eſt dominij conſolidatio.

94 Seueritas D. Adriani aduerſus quandam matronam, quæ atrociſſimè ancillas tractârat.

97 Multa iura ciuilia contra rationem diſputandi pro vtilitate communi, ſunt recepta.

98 Conditio legatis ad inducendam viduitatem appoſita, pro nulla eſt.

100 Venditus ea lege ne manumittatur, poteſt nihilominùs ad libertatem peruenire.

101 Generalis locutio propter fauorem emolumenti publici, non reſtringitur ad habilitatem perſonarum, & num.126.

102 Cunctis ius vltionis indultum, quietis communis conſeruandæ gratia.

103 An in pœnalibus ob vtilitatem publicam fiat extenſio.& num.104.105.106.107.109.

108 Pœnis non eſt locus, niſi in caſibus expreſſè.

110 Feudum vaſallo Feloniam committenti ex cauſa aquè momentoſa, ac eæ ſunt, quæ in vſib. feud. ab Oberto referuntur, adimi poteſt.

111 An vltra quatuordecim exhæredationis cauſſas ab Imp. in Nou. 115. relatas, plures per interpretationem addi poſſint?
112 Intellectus §. aliud quoque capitulum. Nou. 115
113 Exhæredatio odioſa.
114 Species vel modi vnà omnes comprehendi nequeunt.
115 Hominum malitijs non indulgendum.
116 Pœnæ ſuos debent tenere auctores.
117 Fallit in eo, qui procurat maleficium perpetrandum, & num. 118. 119. & 120.
121 Si ſtatuto accuſatori aleatorum conſtitutum ſit præmium, idem quoque debetur denunciatori.
122 An is, ex cuius delicto publica aliqua ſequitur vtilitas, debeat per hoc remanere impunitus.
123 Taciturnitas quando habeatur pro conſenſu.
124 Reſcriptum Principis contra publicam vtilitatem impetratum nullius eſt momenti.
125 Geſta per inhabilem perſonam, valent propter vtilitatem publicam.
127 Clerici exigente neceſſitate publica, tenentur ad contributionem extra ordinem. 131. ad tutelam cuſtodiamque publicam ciuitatis.
128 Generales exemptiones non producuntur ad neceſſarias contributiones vtilitatis publicæ cauſa indictas.
129 Templa inuitis eccleſiaſticis, caſtellaq; inuitis vaſallis, conuerti poſſunt in arces ad defenſio-

Digitized by Google

ſenſionem ſubditorum.

130 Reſcriptum Principis pro publica vtilitate, valet contra ius commune, vel libertatem eccleſiæ.

132 Naues Eccleſiæ cogi poſſunt ad ferenda onera pro vtilitatibus publicis.

133 Fauore publicæ vtilitatis exorbitantia porriguntur ad caſus ſimiles, ob rationis paritatem.

134 Statutum conſeruans publicam vtilitatem, fauorabile.

135 E duobus ſtatutis illud cenſetur ſpecialius, quod magis tendit ad fauorem vtilitatis publicæ. Explicantur l. properandum. 13. §. fin. C. de iudic. & l. vlt. C. in quib. cauſ. reſtit. non eſt neceſſe.

136 Damnatis ob inſigne artificium parcitur.

137 Ab executione regulariter prouocare non licet.

138 Maius bonum præfertur minori, & communis vtilitas præfertur ſpeciali.

139 Cardinales ad componendum ſchiſma Pontif. poſſunt etiam reclamante Pontifice ad Concilium Reipublicæ cauſa indictum proficiſci.

140 Vtilitas publica pluralitatem beneficiorum Eccleſiaſticorum admittit.

141 Ob vtilitatem publicam poteſt iudex vel nō petentem abſoluere ab excommunicatione.

142 Inſpectores platearum & vicorum poſſunt omnia, quæ ſunt contra commodum ciuitatis, impunè diruere.

144 *Solo æquatam ab ipſis domum ob vtilitatem publicam, vicini non tenentur reficere.*

145 *Ob vtilitatem publicam etiam inuito domino fundi licet cædere lapidem. 150. fodere metalla.*

146 *Qui pecuniam ad refectionem ædium mutuò dedit, præfertur reliquis creditoribus.*

147 *Quare non liceat tignum alienum ſuis ædibus iunctum eximere.*

148 *Nemo noui operis nunciatione impedire poteſt riuos, vel cloacas reficere aut purgare.*

149 *Ad opus Reipublicæ faciendum legata detrahi ex ædibus poſſunt.*

151 *Communem puteum, vel clibanum non poteſt quis repudiare.*

153 *Statutum nunquam recipit interpretationem contra Rempublicam.*

154 *Generale arbitrium non intelligitur conceſſum in detrimentum boni publici.*

Quæſtio V. principalis.

ITaque quod inſtat agamus, & progrediamur ad quintam quæſtionem principalem:
1 Quomodo † ius in proprios homines dominicum finiatur? Ac † primò quidem nexus huius
2 obligationis ſoluitur Renunciatione coloni. Quod tamen ita accipi debet, ſi obligatio ſit realis, putà, ſi propter conceſſionem prædij, de quo nunc domino iterum cedat, factus ſit pro-

proprius homo domini, nec iurauerit, ſe non contrauenturum. *Bal. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitut. l. ſi pecuniã. 5. §. 1. vbi gloſſ. in verb. neceſſe habeas, de condict. cauſa data, cauſa non ſecut.* Nam etſi † regulariter in obligationibus facti, 3 ſuccedit loco liberationis, id quod intereſt, *l. 13. §. fin. ibique Gothofr. de re iud. l. 72. in princip. de verb. obligat.* Tamen hoc fallit, ſi † iuramen- 4 tum interpoſitum ſit. *Ita eleganter Iaſ. in l. ſi cũuenerit, numer. 3. de iuriſdict omn. iudic. fac. allegata gloſſ. in d. l. ſi pecuniam, verſ. neceſſe habeas. Quam gloſſ. ad hoc ſingularem reputat idem Iaſ. in d. l. 72 numer. 33. de verbor. obligat. Imol. in l. 2. §. ſed etſi quis, in fin. de donat. Bald. in l. vnic. column. 10. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* vt ſcilicet periurium euitetur. quæ † ſententia vt cõ- 5 munior, ſic tutior eſt; vtcunque non deſint, qui contendant promiſſorem non incurrere periurium, etiamſi factum non impleat, dummodò præſtet id quod intereſt. *Ioan. de Imol. Anton. de Butr. in c. per duas, extr. de arbitr.* Pro quibus ratio allegari ſolet, *l generaliter, in fin. C. de non num. pecun. vt per Zaſ. in d. l. 72. numer. 40. de verb. oblig.* Sin autem † obligatio ſit per- 6 ſonalis, hoc eſt, ſi ſimpliciter & purè ſeſe in clientelam domini & fidem colonus contulerit, quod in dubio ad impetrandam defenſionem eum feciſſe intelligi ſuprà dictum eſt, renunciatio inefficax eſt. Nam & ipſe & liberi eius obſtricti domino manebunt, neque è poteſtate eius, niſi bona ipſius gratia & venia,

 explica-

Digitized by Google

explicare ſeſe poterunt. *Iacobin. de Royd. nume. 40. 41.42.43.Ioan. Ferrar.libr. 6.feudor. cap.3.§.relatum eſt,fol.mihi 163.* Mutuò enim contractus inter dominum & colonum initus intelligitur ad præſtationes mutuas, quare non poteſt colonus inuito domino, cui obligatio quæſita eſt, contractum diſſoluere. *l.nihil tam naturale. 35. de regul.iur.c.*
7 *extrà.eod.* Porrò †hic in Megapoli nulla prorſus renunciatio hominibus proprijs permiſſa eſt, neque hi glebam, cui adſcripti ſunt, vnquam deſerere poſſunt, niſi dominorum remiſſione.

8 Secundò,† præſcriptione infinitæ memoriæ, quæ 100. annorum curriculo indubio circumſcribitur, *c. ad audientiam. 13. & ſeq. vbi gloſſ. de præſcript. c. nemo. 16. quæſt. 3. Authe. quas actiones. C. de Sacroſanct. eccleſ.* quia longiſſimum vitæ hominũ tempus ad metam tot annorum extenditur. *l. vt inter. 23. in princ. verſic. & nobis quidem. & §. in his autem. 1. C. d. tit. Alcia. lib. 1. præſump. 44. Menoch. libr. 2. præſumptio.*
9 *51. numer. 66. & præſump. 83. in. fin.* Suprà † autem *cap. 5. nume. 8. & ſequent.* diximus, hoc tẽporis ſpacium habere vim conſtituti. Si enim tanto temporis interuallo ab operarum editione colonus ceſſauerit, remiſſionem obtinuiſſe intelligitur, & liber erit. *Iacobin. de Royd. num. 44. verſic. quinto. Ioan. Ferrar. loco præallega.*

Ter-

Digitized by Google

Tertiò, † emigratione: In multis enim prouincijs, vt in Haſſia, Thuringia, & alibi receptum eſt, vt ſubiectis liberum ſit, etiam ſine dimiſſione dominorum, ſolum vertere, & in alterius territorium commigrare, relictis in prædio tot ouibus, vaccis, porcis, equis, anſeribus, gallinis, anatibus, columbis, quot ipſi capita tradita priùs fuerant, quæ capita Thuringi Eiſern viehe/quaſi quæ nunquam moriantur, propter ſubſtitutionem in demortuorum locum: Alij Die wåhrung eadem Etymologia vocant. Qua in re locales cõſuetudines ſpectandæ ſunt. *Ioan. Ferrar. loc. præal. Iacobi. de Royd. num. 40. verſ. in aliquibus tamen locis.* vbi † autem conſuetudine iſtiuſmodi emigrationes non ſunt receptæ, coloni emigrantes à domino rectè vindicantur. *l. pen. in princip. & §. fin. C. de agric. & cenſi. libr. 11. vide omnino And. Gail. in tractat. de arreſt. Imper. cap. 8. numer. 13. vſque ad fin.* Vt hic in Megapoli, vbi ſine dominorum permiſſu non poſſunt in ciuitates ſeſe conferre ad diſcendas artes mœchanicas, opificiaque manuaria, aut inſeruiendũ ciuibus, nobilibuſve alienis, ſed repetuntur non minùs, quàm ſerui fugitiui. *Ordinat. Polit. Megapol. titul.* von dienſtbotten. §. als auch ſurkompt. *faciunt not. à Gail. loco præallegato, num. 19.* Quibuſdam † tamen locis, ſi filij à patris hæreditate ſeſe abſtineãt, etiamſi pater domino ad edendas operas obſtrictus erat: Tamen ipſi non tenentur. *argumen. l. fin. in fine de*

10

11

12

contrah. empt. Neque † enim onus rei portare
13 debet, qui emolumentum ex ea non percipit.
l. quidam filium. 31. C. de fidei commiß. Et † qui bo-
14 nis caret, fictione iuris habetur pro mortuo.
l. 1. §. ſed etſi patruus. 5. de coniung. cum emanc. lib.
quare eius conditio non magis, quàm mor-
tui hominis aggrauanda eſt. *Iacob. loco præ-
alleg.*

15 Quartò, † ſurrogatione alterius coloni in
locum ſuum facta domino conſentiente: Id-
queapud nos non infrequens eſt. *Spec. de feud.*
16 *§. quoniam. numc. 52. Iacobin. de Royd. nu. 46.* An †
verò ſcholaris diſceſſurus poſſit alium in locũ
ſuum ſubſtituere, *vid. gl. margin. in c.
inter dilectos. ad verb. locatio. de fid. in-
ſtrum.*

17 Quintò, † peremptione ipſius prædij, cuius
ratione colonus in ius & poteſtatem domini
ſeſe contulerat. *l. 1. C. de iu. emphyt. l. qui vſum-
fructum. 36. in princip. ibique Gothofr. de vſufru.
Iacobi. de Royd. num. 44. verſic. tertiò.* putà, ſi ager
chaſmate aut cataclyſmo, vel domus incen-
dio perierit.

18 Sextò, † expreſſa manumiſſione domini,
quam barbari affrancamentum vocant, id eſt,
remiſſionem ſeu liberationem, & quę tam in-
ter viuos procedit, quàm in vltima volunta-
19 te hæredi poteſt mandari. *Bal. in l. 2. D. de oper.
libert.* † Durant tamen nihilominus reliquæ
quædam priſtini iuris. Quare & reueren-
tia, quæ domino à colono ſuo debetur, inte-

gra

gra reſeruatur, nihil obſtante relaxatione. *l. fin. verſic. reuerentia. C. de bon. libert.* Item † ea, 20
quæ facilè colonus expedire poteſt. *l. decurio. vbi Bartol. C. de decur. lib. 10. Iacobin. de Royd. num. 45. Ioann. Ferrar. de feud. lib. 6. cap. 3. d. §. relatũ.*
Quomodo † autem inſtrumentum huiuſmo- 21
di manumiſſionis, quam vulgo affrancamentum barbari vocant, ſit concipiendum, docet Specul. *lib. 4. partic. 1. Tit. de ſeru. non ordi. nũ. 10.*

Septimò, † pœnalibus modis, per quos do- 22
minicum ius in proprios homines, tanquam ab indignis dominis eripitur. *l. fin. C. de bon. libert.* putà proſcriptione, (quam vulgò bannũ nuncupant) ſeu excommunicatione. *c. 1. tit. Hic finitur lex. in vſib. feud.* item nimis atroci & aſpera tractatione hominum propriorum. *l. 2. de his qui ſui vel alien. iuris.* Vbi tamen diſtinguendum perhibent: An † dominus delin- 23
quat omiſſione officij ſui, hoc eſt, denegatione iuſtitiæ adminiſtrandæ, an verò commiſſione facinorum ab officio alienorum. Illud enim delicti genus vt culpam tãtùm in ſe continet, & propterea mitius eſt. *Gaill. de pace public. libr. 2. cap. 1. num. 2.* ita poteſtate ſua dominos non exuit. Baldus *in l. omnes. Auth. ſtatuimus. C. de epiſcop. & cler. & c. ſit tibi. 3. Nou. 17.* Sed tantùm conciliat eis indignationem ſuperioris, qui arbitrio ſuo eos punire poteſt, & obnoxios ſubditis facit ad id, quod ipſorum interfuerit. *c. ſuper hoc. 7. circa fin. Nouell. 80. Iacobin. de Royd. numer. 46. verſicul. inter*

Digitized by Google

has opiniones. Hoc autem ex dolo proficiſcitur, & poteſtate ſua dominum atque iure priuat. *d.l.7.de his qui ſui vel al.iur. Alber. de Roſate, in l.benè à Zenone. C. de quadr. præſcript.* No-
24 tandæ † autem hic veniunt duæ regulæ inſignes, quas ſi aliquantò prolixiùs explicauerimus, operæ precium erit: Prior eſt, quòd abuſus rerum plerumque punitur earundem
25 priuatione. Etſi † enim quilibet rei ſuæ moderator & arbiter eſt. *l.21. C.mandati.* Tamen
26 hoc † accipiendum eſt, ſecundùm iuris ordinationem. *Iacobin. in verſicul.de Caſtro, num.20.*
27 *tractat.de feud.* Sic † iudex priuatur iuriſdictione, qua abutitur. *Paris de Puteo, in tract. Syndicat. in verſicul. Baratariæ, allegat l.Iudicis, & ibi tenet idem Ioan.de Platea. C.de dignit.lib.12.Cyn. & Bald.in l.2. §.dominorum. De his qui ſui vel.ali. iur. Iacobin. in tract. de feudis. §. Marchio in Italia. verſicul. quæritur etiam, num. 1. & in tractat.*
28 *de Royd. numer.46. & ſequen. 2.* Abutens † priuilegio, meretur id amittere. *gloſ.in c. ſuggeſtum, 9. de decim.cap.60.priuilegium.11. quæſtio.3. cap.7.vbi iſta didiciſti.diſtinct.74.l.Iudæos 11.C.de Iudæis, c. licet quibuſdam. 18. de regular. Gaill. tract. de arreſt. Imperij, cap.10.num. 3.* Pater † of-
29 ficium erga filium, quod in pietate, non atrocitate debet conſiſtere, *l. Diuus, 5. ad l. Pompeiam de parricid.* malè vſurpans, cogi poteſt eum emancipare. *l. Diuus, fin. Si quis à parente manum, gloſſ. in §. fin. verb. penè. Quibus modis*
30 *ius patr. pot. ſolut. 4.* Vaſallus † priuatur feu-
do,

Digitized by Google

do, ſi id diſſipet, aut inſigniter deterioret. *Zaſ. in epit. feud. pag. 10. numer. 545.* Maritus † 31
ob nimiam abuſionem iuris in vxorem ſuam ſæuitiamq; intolerabilem priuatur vxore, & meretur menſæ thoriq́ue ſeparationẽ. *Schurf. conſil. 42. cen. 1. vide Schneidvvin. ſuper Inſtitut. de nupt. Rubr. de diuortijs, q. quæ ſint cauſſæ diuortij nu. 17. cum ſeq. fol. mihi 76. & eundem in titu. De oblig. quæ ex del. naſc. §. hi qui in parentum, num. 5. in fine. Gaill. pract. obſerua. lib. 1. obſeruat. 17. num. 5. 6.* Pater † etſi habet vſumfructum & le- 32
gitimam adminiſtrationem in bonis liberorum aduentitijs. *l. 1. C. de bon. matern.* Tamen ſi ea diſſipet, vel noceat liberis in ſua adminiſtratione, iure ea priuatur. *Alexand. in l. Imperator, num. 6. ad Trebell. Ar. Pinell. in pag. 2. d. l. 1. nume. 33. C. de bonis matern. 7.* Fructuarius 33
vtifrui † à domino iuſtè prohibetur, ſi notabiliter reddat deteriorem proprietatem, cædendo arbores frugiferas, vel ſimile damnum dando. *l. & eleganter. 7. §. 1. de dol. l. 2. ſi vſufruct. pet. l. hoc amplius, 9. §. fin. de dam. infe. VVeſenb. in paratit. l. ff. quibus modis vſusfruct. amitt. nu. fin. 8.* Colonus † malè vtendo fundo, 34
corrumpendoq́ue eum, iure ſuo cadit, & expelli poteſt. *l. 3. C. locati l. cognouimus, 3. C. de mancip. & colon. lib. 11. 9.* Conſtitutus † in 35
dignitate, & propterea ſibi, id eſt, iuratoriæ cautioni commiſſus, ſi periurus fiat, ſpoliatur dignitate. *l. penult. C. de dignitat. lib. 12. 10.* Prodigus † meretur interdictionem admini- 36

ſtra-

ſtrationis bonorum ſuorum, & conſtitutionem curatoris, ſicut furioſus. *tot. titul. de cu-*
37 *rat. fur. 11.* Emphyteutæ † res emphyteutica, quam notabiliter deteriorem fecit, aufertur. *l. iubemus. 14. Authen. qui rem. C. de ſacroſ. eccl. vbi & Paul. Caſtr. 12.* Imperator † indignum
38 ſeſe Imperio gerens, Imperij faſtigio deijcitur. *c. ad Apoſtolicæ. de ſentent. & re iudic. in 6.*
39 Rectè † autem ſubditos monet *Bald. in dict. §. quicumque 7. De pac. ten. in vſib. feud.* vt dominum ſuperiorem accedentes, violentum iugum domini inferioris & immediati deprecentur, atque mandari curent, vt dignis modis homines ſuos tractet atque habeat, ſub comminatione, ſi ſecùs faxit, fore vt dominio priuetur. *Iacobin. de Royd. d. num. 46. circa fin. c. 1. qual. dom. propriet. priuet. l. cum ſatis, 23. §. 1. verſicu. caueat. C. de agric. & cenſit. lib. 11. vid. Gaill. d. obſeruat. 17. lib. 1. per totum, & lib. 2. obſeru. 62. numer. fin. & in tract. de arreſt. Imperij, cap. 10. numer. 7. & 16. 18. Idem de pace publ. libro 1. capite 2. numero penult. cum multis ibi allegat.*

40 Altera † regula eſt, quòd regulariter inuitus nemo rem ſuam vendere, etiam ſuo, id eſt, iuſto precio, neque alienam emere, neque in vniuerſum contrahere compellitur. *l. inuitum, 11. ibiq; omnino Gothofr. C. de contrah. empt. l. ſicut, 5. C. de obligat. & act. l. nec emere. 15. C. de iur. deliber. l. non enim, 9. rer. amot. cum ſimil. ibi allegat. à Gothofr. l. venditor. 13. §. 1. vbi*

& gloſſ.

& gloſſ.margin.commen.prædior.& Bartol. in proœm. ff. in 3.colum.circa med. Grauis † enim videtur iniuria, vt homines inuiti aliquid de 41
rebus ſuis facere cogantur. *l.dudum,14. C. de contrah.empt.vbi Gothofr.l.moris, 9.§. interdici. 11.de pœn.* quum † rerum ſuarum quilibet moderator ſit & arbiter, negociaque ſua proprio 42
ex animo faciat. *d.l.in re mandata,21. C. Mandati.* Id † quod accipi quoque de tranſactione debet, vt idem ſit iuris de diſtractu, & de 43
contractu. *glo.Bart.& DD.in l.de tutela.7.C.de in integ.reſtit.* Sic † ſi contractus eſt bonæ fidei, etiam diſtractus eſt bonæ fidei. *Euerhard.* 44
in loco à pugnant. ſeu oppoſ.fol.mihi 122.per l. ab emptione,59.de pact. Et † quæ ſunt cauſſæ adquirendi, (ſunt & amittendi.) *l.3.in prin. l.8.* 45
de adqui.poſſeſ. l.ferè 153. de reg. iur.cum ſimil. alleg. ibi à Gothofr. Quare † nec creditor mutare debitorem cogitur; licèt hic æquè idoneum ſubſtituere paratus ſit. *l.ſi † mandatum,* 46 47
45.§.item ſi.2.Mandati. Conſenſus enim in omnibus cõtractibus requiritur. *l.1.§.1.de pact.* inuiti autem non conſentiunt.

Excipiuntur † tamen ab hac regula certi 48
caſus, vel † ob ſpecialem diſpoſitionem legis 49
contrariam, vel ob vltimarum voluntatum, libertatemve conſeruandarum, vel religionis promouendæ, vel vtilitatis publicæ fauorem. *Gothofr.ad d.l.inuitum.11. C.de contrah.emptio. Mozz.de emption.c.4.num.58.fol.mihi 374. Socin.regul.530.* de quibus ordine videamus. I-

taque

50 taque primò dominus † rem habens cum fiſcò pro parte communem, cogitur fiſci alienationi conſentire, & ſuam quoque portionem accepta precij congrua parte vendere. *l. 2. C. de commu. rer. alien. vbi Gothofr. l. vn. C. de*
51 *vend. rer. fiſcal. libr. 10.* Eandem † ob cauſſam habenti ius prælationis ſeu protimiſeos, vel lege municipali, vel ſingulari iure cogitur inuitus poſſeſſor vendere *Matth. de Afflict. & Bald. tract. de iur. protimiſ. Mantua ad l. dudum. C. de contrah. empt. Tiraqu. de vtroque retractu.*
52 Secundò, † ſi teſtator mandet certo loco, quẽ communem cum pluribus vel fratribus vel ſocijs habeat, delubrum extrui, aut ſi ſeruum communem pupillariter ſubſtituat, coguntur cæteri ſuas partes vendere, tum ob religionis, tum ob libertatis, tum ob vltimæ voluntatis adimplendæ fauorem. *Iaſ. in l. 2. nume. 4. ſolut. matrim. l. ſi ſeruus. num. 5. de vulg. & pup. ſubſti-*
53 *tu.* Item † ſi teſtator iubeat hæredem æquo aliquam rem precio vel emere, vel vẽdere, cogitur is voluntati eius ſatisfacere. *Iaſ. in d. l.*
54 *ſi ſeruus num. 5. 6. 7.* Tertio, † ſi quis ſeruo cõmuni, vel inter viuos, vel in teſtamento libertatem donet, coguntur ſocij precium ſecundùm partem dominij ſui accipere. *l. 1. C. de comm. ſer. manu. §. vlt. vbi gl. in verb. accipiente. de*
55 *donat.* Item † qui à patre egeno & fame laborante filium emerit, cogitur eundem rurſus vendere; ſi vel ipſe pater, vel venditus filius, vel quiuis alius ad propriam ingenuitatem

eum

eum reuocet, preciumq́;, quod non ex emptione, ſed ex præſenti æſtimatione definitum fuerit, offerat, vel aliud pro eo mancipium præſtet. *l. 2. in fin. C. de patrib. qui fil. diſtrax. Cuiac: ad Paul. lib. 5. ſentent. tit. 1. in fine.* Libertas
enim † omnibus rebus fauorabilior eſt. *l. liber-* 56
tas, de reg. iur. Et libertatis fauore multa antiquos legumlatores cōtra communes iuris regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt. *§. vlt. de donat.*
Quartò, † nō habēti viam ad ſepulchrū, pręſes 57
cōpellit vicinum iuſto precio iter præſtare. *l. ſi quis ſepulchrum, 12. de relig. & ſumpt. fun.* Ne †
videlicet inſepulta iaceāt cadauera. *l. ſunt per-* 58
ſonæ. 43. eod. ac per hoc † iniuria, quę à mortuis
arcenda eſt. *Schneidvvin. §. religioſum, numer. 5.* 59
& 6. de rer. diuiſ. afficiantur. *l. quod ſi nulla. 28. d. tit. de relig. & ſumpt. fun.* Legumlatores † enim
mortuis religioſa iura tribuerunt, locumq́ue, 60
cui mortui inferrentur, religioſum eſſe voluerunt. *d. §. religioſum,* ac ſtudioſè dederunt operam, ne vlla hi † iniuria afficerētur, quum
figura & figmentum Dei feris & volucribus 61
in prædam non iacere, ſed terræ reddi, vnde ortum eſt debeat. *Lactant. lib. 6. cap. 12. Victor in 4. c. Tobiæ.* Et † corpora piorum honore af-
ficienda ſint: tum quia fuerunt templa Spiri- 62
tus ſancti & organa diuinarum actionū: tum quia ſtatuto tēpore reſuſcitabuntur ad vitam & gloriam ſempiternam. *fac. c. non æſtimemus. circa fin. 13. q. 2. idem Victorin. in c. 50. Geneſ. Auguſt. lib. 1. de ciuit. Dei, c. 13.* Quare † & Modeſti- 63
nus

nus laudat hæredem, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundùm ipſius voluntatem abiecit, ſed memoria humanæ conditionis ſepulturæ tradidit. *l. quidam, 27. de condit. inſt.*
64 Hinc † etiam prætor iudicium cõſtituit in ſepulchrorum viol. *l. 3. De ſepulchro. viol.* quod infamiam irrogat. *l. 1. eod.* cum pœna pecuniaria, vel etiam capitali. *d. l. 3. in prin. l. 4. C. eod.* Quod † ad illos quoque porrigi poteſt,
65 qui furcis adfixos vel ſuſpenſos, aut denudant, aut prorſus tollunt: Item qui tempore peſtis ſemimortuos aut laborantes necant, vel deſerunt ſibi commiſſos. *VVeſenb. in paratit. ff. eodem, in fine, & probatur conſtitut. Auguſti elect. Saxon. pag. 4. conſtit. 5. & 34.* Quo † quidem
66 ſepulturæ fauore & conſtitutum eſt, ne occaſione funeris, vel ratione terræ, in qua defunctus debeat ſepeliri, vel ratione officij, quidquam Clerici exigant. *c. abolendæ, pen. de ſepult.*
67 Vnde † & rex Alfonſus paſtorem Eccleſiæ cuiuſdam pagi, qui viduę maritum defunctum, niſi priùs exoluto ſepulturæ precio, ſepelire noluerat, in foueam iuſſit viuum defodi ad lumbos vſque, & in ea per totum biduum hærere, ad pœnam auaritiæ inhumanæ. *Schnei-*
68 *devv. d. §. num. fin.* Eandemque † ob cauſſam nec in mortuos de reatu inquiri voluerunt. *l. 1. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. §. ſi quis autem.*
69 *De † ſuſp. tut.* excepto ſolo læſæ maieſtatis & repetundarum crimine. *l. quiſquis. C. ad l. Iulian. maieſt. & l. ex iudiciorum 20. de accuſat.*
Et

Et † heredes, quos necem teſtatoris inultam omiſiſſe, & debitum pietatis officium neglex- 70
iſſe conſtiterit, tamquam indignos hereditate priuarunt. *l.1.C.de his, quæ vt indign.auf.* eãque fiſco adplicandam ſtatuerunt. *Gomez. variar.reſolut.tom.3.ca.3.num.53.l. heredem. 17. l.ei.20.cum l.ſeq.ff.eod.* vbi † hoc etiam notabi- 71
liter extenditur ad maritum, qui tamen aliàs non eſt heres vxoris, ſicut nec vxor heres mariti. *tot.tit.C.vnde vir & vxor.* Ideoque ſi vxor alicuius fuerit occiſa, maritus eius necem vindicare debet, inſtituta accuſatione ex lege Cornelia de Sicarijs: & viciſſim vxor mariti necem, ſi non ſit alius heres. Hoc niſi fecerit maritus, ab eo aufertur dos ſaltẽ eo caſu, quo de iure communi & ſtatutario poteſt retineri. *vt in l.dos à patre.4.& ibi glo.fin.C. ſol. matrimonio.* Et † qui fœminam mortuam carna- 72
liter cognoſcant: (prout de libidinario quodam Aegyptio exemplum refert Herodotus *libr.2.*) puniendos ſtatuerunt pœna *l. fina. C. de ſepulch.viol.Damhoud.in pract.crimin.cap. 96.* Et ſepulturam † defunctorum impediri præ- 73
textu æris alieni ab ijs contracti nec diſſoluti, prohibuerunt, *d.l.fina.iuncta Auth. qui domum.C.d.tit.* Iureque † nouiſſimo creditor 74
ſepulturã impediẽs cadit à ſuo debito, aliæq; multæ eſt obnoxius. *Authen. item qui C. d. tit. Nou.60.c.1.Nou.115.cã.5.§.1.Schneid.§.religioſum, d.nu.ſin.Didac. Couarr.variar.reſol.lib.2.ca.1.nu. 10.Gail.tract.de arreſt.Imperij, cap.11.nu.28.& 29.*

75 Et † mulieribus, quæ intra annum luctus defunctis maritis, non contentæ primis nuptijs, ad ſecunda vota tranſirent, infamiæ notam inuſſerunt, *c. ſi qui vero. 22. in prin. Nou. 22.*
76 Et † bona defunctorum ſine domino iacere, ipſoſque defunctos ſine ſucceſſoribus deceſſiſſe videri, non facilè ſunt paſſi, ne ſcilicet ipſorum memoria inquietaretur à creditoribus *§. licet autem. verſic. valde enim in fin. Quibus ex cauſis man. non lic. §. quos autem, verſ. adhuc autē, de bon. poſſeſ. §. hoc reſcripto. de eo cui libert. cauſa bon. addic. & l. 1. in prin. de ſucceſſ. edict. & l. & quia, 6. de interrog. iniur. fac.* Et † hæredē institu-
77 tum, vel legatarium, qui concumbat cum defuncti teſtatoris vidua, hæreditate & relicto indignum iudicarunt, *glo. in l. ſororem, 10. ad verb. indignam, C. de his quibus vt indign. Bart. in l.*
78 *1. num. 3. ff. eo.* Item † ad templum, cuius ædificio ſpacij non ſatis ſit, coguntur vicini areas domoſque ſuas vendere. *Iaſ. in l. 2. num. 4. ſolu.*
79 *matrim.* Omnia † enim poſt religionem ponēda ſunt, *vt Valer. Maxim. in lib. 1. cap. 1. ſcribit.* Et
80 ſtrictam † rationem in ambiguis religionum quęſtionibus nonnunquam omitti ſolere, ſūmamque eſſe rationem, quæ pro religione faciat, Papinianus tradit *in d. l. ſunt perſonæ, 43. de relig. & ſumpt. fun.*

81 Quintò, † Princeps propter inſignem vtilitatem publicā poteſt cōpellere ſubditum, imò & Eccleſiam, *l. iubemus, 14. Auth. ſed & permutare. C. de ſacroſ. Eccleſiis*, omni iure, vt rem

ſuam

ſuam ſibi vendant, eamque illi tergiuerſanti eripere ęquiualente pretio ſoluto: putà, ſi munitioné excitare velit, aut aquam ducere, aut imponere pręſidium in arcem priuati, nobilis aut comitis, vbi timetur de veriſimili incurſu hoſtiũ aut occupatione. *Gaill. in tract. de arreſt. Imper. cap. 10. nu. 6. circa prin.* Item prohibere cæſionem ſyluę prope munitionem, ne ipſam arcem lignatio deficiat, etiamſi alij ius cæſionis habeant, dum tamen compenſatio in alio nemore fiat, quia vtilitas publica eſt iuſta cauſa. *Bart. in l. quæcunq; nu. 4. C. de fid. inſtru. & iur. haſt. fiſc. Hippol. in pract. crim. §. aggredior, nu. 74. AEgid. Tomat. de collect. fol. mihi 480. num. 31. l. fin. C. Si contra ius vel vtil. public. Iaſ. in l. ex hoc iure, num. 54. de iuſt. & iur. & in l. Barbarius, nu. 24. & ſequen. de offic. prætor. & addition. ad Bartol. in l. item ſi verberatum, 15. §. ſi quis rem. de rei vindict.* Vtcunque † regulariter dominium rei 82
mei non poteſt ſine facto meo tranſire ad alium, multò minùs mihi eripi, *l. venditor, 13. §. ſi conſtat, 1. commu. prædior.* Qua † ratione & domi- 83
nus tenetur ſuum agrum opportuno loco ſitũ, ad erigendum in eo gabalum aut patibulum, figendamve crucem, aut palum, ſumendo de facinoroſis ſupplicio, vẽdere magiſtratui. *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. titu. de execut. ſent. Hippol. Marſil. in l. 1. nu. 27. ad l. Cornel. de ſicar.* Quia † publicè expedit, maleficia non 84
remanere impunita, *l. ita vulneratus, 51. §. vlti. ad l. Aquil. l. licitatio, 9. §. quòd illicitè, 5. de public.*

lic.& vectigal. Eandemque † ob cauſam vici-
85 nus cogitur vicino, qui aliter ad fundum ſuum accedere nequeat, putà ob chaſma, exundantis fluminis violentiam, erutumque iter, aut ſimilem cauſam, vendere actum vel viā iuſto pretio. *Boer. quæſt. 322. num. 2. in deciſ.*
86 quòd Reipub. expediat, † ne agri iaceant inculti, *fac. l. quemadmodum, 7. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* huiuſmodique venditio modici ſit
87 damni. *dixi ſuprà cap. præced. nu. 5.* Quo † ipſo argumento maritus cogitur ſoluto matrimonio, non ſolùm mulieri, ſed etiam alij ſtipulanti dotem promittere, ſi nihil hoc ei noceat.
88 *l. 2. in prin. ſolu. matr.* Nā † & Reip. intereſt, dotes mulieribus conſeruari, quum dotatas eſſe fœminas ad ſobolem procreandam, replendamque liberis hominibus ciuitatem, maximè ſit neceſſarium, *l. 1. in fi. eo.* Sic quoque, †
89 ſuſcipiens mandatum, certo pretio totam rem emendi, quam ipſe cum alijs habet communem, cogitur aliorum partibus emptis, etiam ſuā portionē mandatori vendere, quanti ſcilicet aliorum portiones emit, vel ſi nullū conſtitutum ſit pretium, boni viri arbitratu id definire. Accepta enim conditione mandati, totam rem comparandi, etiam ſuæ in portionis alienationem conſenſiſſe intelligitur,
